

5495

n. 5495

~~M. P. M. Mas~~



In laboribq a inventu lema

Leon & A

LIBRI DE RE RUSTICA,

M. C A T O N I S L I B . I .

M. T E R E N T I I V A R R O -

N I S

L I B . I I I .

Per Petrum Victoriū, ad ueterum exemplarium
fidem, suæ integritati restituti.



P A R I S I S .

Ex officina Roberti Stephani typographi Regij.

M. D. X L I I I .

J. J. S.

R/6.931

D. Manuel Vicente Murgutio
Gaytan de Ayala ,
Regidor perpetuo de la Ciudad de
Logroño , Maestrante de la Real de
Ronda , y Sócio de número de la Real
Sociedad Tudelana , y su Direccion.

Vitoria.
Villafranca de Guipuzcoa.

P E T R V S V I C T O R I V S M A R C E L
lo Ceruillo Cardinali S.

POST longum temporis spaciū, Marcellē amplissime, reliquā tibi mei promissi persoluo. Neque tamen hoc ignavia aut negligentia feci, sed molestis occupationibus impeditus, rē plus quām uoluisset, differre coactus sum. Nam animum meum, incredibilēque satis tibi faciendi desiderium, primis illis meis laboribus perspicere potuisti. Paucis enim diebus toto animo in onus à temibi impostum incumbens, ea confeci, quæ me non inertem, neque immemorem mandatorum tuorum ostendere potuerunt. Secuta postea sunt tempora quæ me in negotio illo, quod declinare non potui, nouum atq; inexercitatu ita perturbarunt, ut non dico rerum tuarū oblitus sum, sed ueniam mihi te daturum sperarim, si meo illi tempori inseruiens, curam hanc aliquantulum distulisse. Idem etiā me hoc facilius à te impetraturum confisus sum, quod uidebam te eodem tempore in publicis maximis rebus occupatum, ut si hæc studia ex animo non abieciisses, necessario te remissius illis nauare operam putarem. Nam subito fortuna auctus es, et in eum dignitatis gradum pro multis tuis meritis elatus, quò paucis aspirare liet, et quò altius ascendi nunc recte factis uix potest. Quæ autem artes in tam illustri exælsōq; loco collocaerunt, eadem te in honestissimis negotijs semper occupatum postea tenerunt, ut à nobis etiam diu abfueris, ad Carolum Cæsarem missus, et apud eum personam Maximi Pōtificis gesseris. Mirari igitur non debes, si tot curis te implicatum uidens, et penè tibi hæc nostra studia dimissa ex animo putans, ijs meis literis tibi obstrepere nolui. Fateor enim me in hac re ali-

A.ij.

quantulū deceptum esse. Quanquam enim te uere ex ani-
móque diligere studia literarum sciebam (quippe in qui-
bus tantum profeceras, ut paucos pares haberet, quomodo
illa non amare unice poteras?) tamen existimabam, te ma-
gnitudine negotiorum abreptum, et conditionis etiam, ui-
tæque istius honestate compulsum, alijs nunc, studijs ope-
ram dare. Verum non multo post errorem meum cogno-
ui, qui ex plurim... genio te iudicasse. illi enim cum
altius ascenderunt, sœpe etiam artes illas quæ uiam ipsis
ad eos hondres patet fecerunt, obliuiscuntur. Animaduer-
ti, inquam, me de te, quem optime cognitum habere debe-
bam, non uere existimasse: atque hoc intelligere maxime
potui, cum Romam reuersus, statim me huius æris alieni,
literis tuis amantissime scriptis admonuisti. Et quanvis
magnum illæ apud me pondus haberent, nec possem ullo
pacto amplius salua fide creditoré ludificari: tamen eum
mihi flagitatem adposuisti, qui quanvis multis de causis
suanis iucundusque esse poterat, tamen quod ei mādaras,
impigre strenuèque procurabat. Cum enim Ioannes Ca-
sa publicis de rebus huc à Pontifice Max. missus esset,
mandasti ei, ut mecum accurate ageret, ut quam diligen-
tiam olim in M. Varrone purgando adhibueram, eādem
in Catone quemadmodum pollicitus fueram, expoliendo
adhiberem. Vix igitur domum ad eum accesseram, homi-
nemque salutaueram, cum rem tuam ille agere cœpit, et
quantum tempus illud tulit, ac multitudo ciuium quæ in-
gens ad eum conuenerat, concessit, mandata tua executus
est. Expectabatur enim cum summa omnium lætitia, quæ
ea quæ ab omnibus audiuerant de optimis moribus, exi-
mia ingenij ui, summa omnium bonarū artium eruditio-
ne, uidere cupiebant. Antea enim cum in patria non ad-

modum uixerit, magis constanti omnium fama de præclara
ris ipsius uirtutibus delectati fuerant, quām illo præsen-
te frui unquam potuissent. Breui igitur tunc, paucisque
uerbis rem exposuit: nec tamen destitit, cum sæpe ad eum
(quemadmodum dignitas illius, ac nostra uetus amicitia
poscebat) omni illo tempore quo apud nos mansit, uenti-
tarem, urgere me, ut id conficerem, nec ullo pacto amplius
procrastinarem. Quare non multo post opus aggressus
sum, et ita me in eo sedulo gessi, ut rem totam mature con-
fecerim. Ut qui tamen uellem temporis tarditatem aliquo
munere compescere, ueteres meos labores in M. Varronem
retractare cœpi, et accuratius, quomodo possem tibi ple-
nè morem gerere, mecum diu cogitaui: statuique tandem cun-
ctos qui de rebus rusticis Latine scripsierunt, cum antiquis
codicibus conferre, et quæcunque auxilio eorum emenda-
sem, libello aliquo meo explicare. ita enim tu quid de sin-
gulis locis sentiam aperte perspicies, et alijs etiam ex stu-
dio meo, quod ut à te ortum, ita etiā tibi acceptum referri
uolo, fructum aliquem capient. Cognoui enim naturæ tuæ
bonitatem, et mirifice te gaudere publicis commodis scio.
Nec enim tu (quemadmodum nonnulli improbè faciunt)
ea quæ studiosis literarū opem ferrent abdis: sed contrà,
quæ ingentes utilitates præbere possunt, et egregia uete-
rum scriptorū monumenta quæ adhuc in tenebris latet,
iamdiu cogitas quomodo possis perulgare: et eò iam rem
deduxisti, ut cito sedulitas tua, atque alijs opitulandi in-
credibilis cupiditas, magnos fructus paritura sit. Quæcun-
que igitur possent hoc meum negotium adiuuare, compa-
rare cœpi, magnamque libroru copiā undique corrogavi.
nec siquid in hac re industriæ aut exercitationis habeo,
id cœssare passus sum, sed omnibus ingenij uiribus huic

A.iij.

studio incubui. Quid præstiterim, tu ipse, cui in primis plæcere cupio, & qui hoc propter ingenij acumen, & bonarum artium eruditionem egregie facere potes, iudicabis. Quod si diutius mibi in hoc studio manere laisset, scis enim tu, qui omnes meas cogitationes perspectas habes, in quibus nunc literis occupatus sim, & quæ multarum uigiliarū studia animo uersem)rem, ut arbitror perutilē fecissim: nec reliquias, in quo magnopere laborare deberet, fortasse reliquissim. Nec tamen is sum, qui socios aliquos laudis habere unquam recusauerim, quos etiam laboris participes habuerim: sed aliorum semper industriam excitaram, & in quo illi ingenia exerære possent ostēderim, & non parua quoque auxilia ad rem peragendam fideliter ipsis benignéque suppeditarim. Quod autem exiguo hoc tempore, quod ex meis multis cotidianisque occupationibus eripiū, confidere potui, ad te mitto: tu, quemadmodum te facturū esse confido, si qua acute animaduerti, boni consules: si qua me fecellerunt, non reprehendes: sed aut rei ipsius difficultati, aut ingenij mei tenuitati assignabis. Habet igitur magni illius Catonis librū de re Rustica, quantum fieri per me potuit, multis mēdis inde sublatis, non pa- rum expurgatum. Habet treis M. Varronis de rebus itidem Rusticas libros, doctissimi & grauissimi auctoris, in quibus etiam ualde laborauit. Cum enim ille plurima scripsiterit, & omnes penè Romanos homines elegantia & multitudine scriptorū superarit, omniāque ferè uetus state, quæ (ut ipse sapienter inquit) pauca non deprauat, multa tollit, absumpta sint: & hi quoque rerum rusticarū, qui cum paucis alijs dissectis mutilatisque de lingua Latina libris supersunt, male affecti essent: uolui studio, ac diligen- tia mea illis aliquid opis afferre: siquidē cū semper nobilita-

tis studiosus fuerim, hos nobilissimos auctores in squalore sordibusque iacere, aequo animo pati non poterā. Nam de elegantia ipsius Varronis et sermonis puritate, quid ego nunc loquar? cui enim cognitum non est eum optimis temporibus uixisse, et optimos semper Latinos Graecosque auctores pertractasse, indeq; magnam elegantissimorum uerborū syluam, et ad omnis rei naturam exprimendam appositorum, sibi comparasse? Nam antiqui etiā auctores, et qui de eodem studio diligenter scripsierunt, affirmant, eum rem rusticam eloquentia et candore linguae expoliuisse. Hucusque igitur fidem meam liberaui, nec amplius tibi quod sciam debebā. Accesserunt tamen, tanquam cumulus quidam, nonnulla quae in Columella emendau: nam eum quoque scriptorē non neglexi. Quòd si aut meliora ipsius exemplaria nactus essem, aut ille fortasse magis emendatoris opera egisset, plura etiā in eo restituturus fui. Totā huius mei negotij rationē in castigationibus meis explicatam inuenies: nam nōnulla etiam quae aut à Græcis optimis auctoribus Teretius Varro acceperat, aut declaratione aliqua indigere uidebātur, adnotau: non pauca etiam uulnera quae sanare nō potui, aperi: m quibus nunc purgandis studiosi literarū operam ponere debebūt. Hoc ut illi facere in animum inducant, et hos meos labores qualesunque sunt hilari multu aspiciant, uehementer prear: nec aliam ullam mihi tantarū molestiarū mercedem posco. Nam si iudicio tuo probatus discessero, optime et ornatissime Marcellē, ab omnibus me magnifice laudatum esse, non sine causa existimabo. Dat.XII.I.Cal.
Quintiles. M. D. XLI. Florentia.

Aiiiij.

INDICES, QVIBVS QVID SIN
gulæ partes huius libri contineant, ostendit.

Quomodo agrum emi pararique oporteat.

Patris familiæ officia.

Auctionem uti faciat.

Prima adolescentia agrum conserere oportere.

Villam rusticam uti ædificatam habeat.

Bubilia uti bene ædificata habeas.

Vilici officia.

Agrum quibus locis conseras.

De fundo suburbano.

Ficæ quo locis seras.

Salictæ locis aquosis.

Quomodo oletum agri iug. C C X L. instruere oporteat.

Quomodo uineæ iug. C. instituere oporteat.

Quomodo uasa torcula V. iug. instruere oporteat.

Quomodo torcularium & cællam olearium parare oporteat.

In cælla olearia quæ opus sint.

Villam ædificandam si locabis.

De macerijis ædificandis.

Calæm partiario locandam.

Materies quid anni tempestua est.

Torcularium si ædificare uoles.

In uasa uinaria stipites.

Trapetum quomodo concinnare oporteat.

Cupam quomodo ædifices.

Trapetum quomodo ædifices.

Ad uindemiam quæ opus sunt, ut parentur.

Vinum Græcum quomodo fiat.

Vua cocta ut seruetur.
 Vimdemia facta ut uasa torcula subligentur.
 Sementim ut facias.
 Oleas et reliqua semina cum seres, quomodo seras.
 Stercus ut diuidas.
 Bubus frondem.
 Ad oleam cogendam quae pares.
 vineæ arboreæque ut maturè putentur.
 Vineæ ut curetur.
 Salictum ut suo tempore cædatur.
 De sementi facienda.
 De agro rubrico.
 De faba, et uicia, silagine, ordeo, ubi serantur.
 Quæ segetem stercorent.
 Quæ mala in segete sint.
 De uinea et arboribus putatis.
 De fornacæ calcaria.
 Si ligna et uirgas non poteris uendere.
 Vbi tempestates malæ erunt quid fieri possit.
 Per uer quæ fiant.
 In sitio uitis et aliarum rerum.
 Ficos et oleas alio modo.
 Sulcos quomodo facias.
 Vitibus sulcos propaginésque.
 Olea quo tempore putetur.
 Detaleis oleagineis.
 Seminarium quomodo fiat.
 Harundo quomodo seratur.
 Pomarium seminarium.
 De uinea uetere.
 Prata quomodo stercorentur.

Vbidaps profanata erit, quid fiat.
Propagatio oleæ pomorumque.
Quæ diligentius propagari uoles.
De fœniscia.
Bubus pabulum.
De lignis domini.
Familiæ cibaria quanta dentur.
Vinum familiæ quantum detur.
Pulmentarium familiæ.
Vestimenta familiæ.
Bubus cibaria.
Quomodo ager colatur.
Quot plostra habere oporteat.
Funem quam longam esse oporteat.
De olea colligenda.
Oleum uiride quomodo faciat.
Custodis et capulatoris officia.
Item custodis qui in torculario erit officia.
Vasa uinaria et olearia extollere.
Dolia quomodo imbuantur.
Bubus medicamentum.
Bos si ægrotare cœperit.
Boues ne pedes subterant.
Quomodo bubus medicamentum detur.
Panem depsticum sic facito.
Libum hoc modo facito.
Placentam sic facito.
Spiram sic facito.
Scriblitam sic facito.
Globulos sic facito.
Encytiu[m] sic facito.

Erneum sic facito.
 speritam sic facito.
 Votum pro bobus.
 Sauillum sic facito.
 Pultem punicam sic facito.
 Grancam triticeam sic facito.
 Amulum sic facito.
 Salem candidum sic facito.
 Gallinas & anseres sic farcito.
 Palumbum recentem sic farcito.
 Aream sic facito.
 Frumento ne curculio noceat.
 Olea si fructum non fert.
 Fici uti grossos teneant.
 Inuoluolus in uinea ne sit.
 Oues ne scabre fiant.
 Amura axem unguito.
 Vestimenta ne tineae tangant.
 Fici aridae ut integræ sint.
 Oleum si in metretam addes.
 Virgas mурteas uti serues.
 Item aliud genus.
 Si bouem aut aliam quadrupedem serpens momorderit.
 Boues uti ualeant.
 Vinum familiæ per hiemem qui utatur.
 Qui ager à mari aberit, ibi unum Græcum sic facito.
 Aquæ marinæ concinnatio.
 Quo labra doliorum circunlinas ut bene odorata sint.
 Vinum si uoles experiri duraturum sit, nec ne.
 Vinum asperum quod erit, lene & suave si uoles facere
 quid facias.

*Vt odorem malum eximas de uino, quid facere debeas.
Si uoles scire uinum aquam habeat, nec ne, quid facere
debeas.*

Vinum Coum si uoles facere q.a.m. facias.

Vinum concinnare ut aluum bonam facias.

*In uinum mustum ueratri atri manipulum coniūcias ut
bonam aluum facias.*

Vinum ad aluum mouendam quomodo facias.

Sil lentim seruare uis, quid facere debeas.

Oleæ albæ quomodo condiantur.

*Oleam albam quam secundum uindemiam si uti uis, q.
a.m. condias.*

Epityrum album, nigrū, uarium, q.a.m. ex oliuis facias.

Mustum si uoles totum annum habere, quid facias.

Mustaceos quemadmodum facias.

Vinum concinnare ad lotium, si difficile emitit uessica.

*Vt canes interdiu conclusos habeas, ita ut noctu acriores
sint.*

Vinum mурteum q.a.m. facere debeas.

*Ad tormina et si alius non consistet. Si tineæ et lum-
brici molesti erunt, quid facere debeas.*

Ad dyspepsiam et stranguriam.

Si habitationem delutare uis.

Aream quomodo facias.

Vt ligna amurca spargantur.

Piro florente ut dapem bubus facias.

Dapem quomodo facias.

Propagatio pomorum.

*Antequam messem incipias ut porcam præcidaneam fa-
cias.*

Quemadmodum tunicas cæterasque res et ubi emas.

- Politionem quo pacto redemptori dare debeas.
 vineam redemptori partiario ut des.
 vt boues ferijs iungere tibi liceat.
 Quemadmodum lucum conlucare debeas.
 Si fodere uoles altero piaculo, quid facere debeas.
 Si agrum lystrare uis, quid facere debeas.
 vilici officia.
 vilicæ officia.
 Lex oleæ legundæ.
 Lex oleæ faciundæ.
 Lex oleæ pendentis.
 Lex uini pendentis.
 Lex uino in dolijs.
 Lex pabulo locando.
 De fructibus ouium uendundis.
 Cupressum quomodo seras.
 De scopis uirgeis.
 De uino fæcato.
 Vinum emporibus quomodo metiaris.
 Per hiemem aquam de agro depellere.
 Brassica quot medicamenta in se habeat.
 Alum si uoles deiçere, quid facere debeas.
 Intertrigini, si uia ibis, remedium.
 Luxum ut excantes.
 Asparagus quomodo seratur.
 De salsura offellæ Puteolanæ.

M A R . C A T O D E ^{R E} R V S T I C A .

S T interdum præstare, mercaturis rem quæ-
rere, ni tam periculose siet, et item fœnera-
ri, si tam honestum siet. Maiores enim nostri
sic habuerunt, et ita in legibus posuerunt, furem dupli
condemnari, fœneratorem quadrupli. Quanto peiorem
ciuem existimarint fœneratorem, quam furem, hinc licet
existimari. Et uirum bonum cum laudabant, ita lauda-
bant, Bonum agricolam, bonumque colonum. Amplissime
laudari existimabatur, qui ita laudabatur. Mercatorem
autem strenuum studiosumque rei quærendæ existimo,
uerum (ut supra dixi) periculose et calamitosum. At ex
agricolis et uirifortissimi, et milites strenuissimi gignun-
tur, maximèque pius quæstus, stabilissimusque consequi-
tur, minimèque inuidiosus: minimèque male cogitantes
sunt, qui in eo studio occupati sunt. Nunc (ut ad rem re-
deam) quod promisi institutum principium hoc erit.

Quomodo agrum emi, pararique oporteat. 1.

Prædium quum parare cogitabis, sic in animo ha-
beto, uti ne cupide emas, néue opera tua parcas uisere, et
ne satis habeas semel circumire. Quoties ibis, toties ma-
gis placabit, quod bonum erit. Vicini quo pacto nitent,
id animum aduertito. In bona regione bene nitere opor-
tebit, et uti eò cum introeas, circunspicias. uti inde exiri
possit, uti bonum cælum habeat, ne calamitosum siet. so-
lo bono, sua uirtute ualeat. Si poteris sub radice montis
siet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia
siet, bonumque aquarium, oppidum ualidum propè siet,
aut mare, aut amnis, qua naves ambulant, aut via bona,

celebrisque. Sicut in ijs agris, qui non saepe dominos mutant, qui in his agris prædia uendiderint, quos pingeat uenidisse, uti bene ædificatum siet. Caueto alienam disciplinam temere contemnas. De domino bono colono, bonoque ædificatore melius emetur. Ad uillam cum uenies, uideto uasa torcula & dolia multa ne sient. ubi non erunt, scito pro ratione fructuū esse. Instrumenti ne magni siet, loco bono siet. Videto quamminimi instrumenti, sumptuosusque ager ne siet. Scito idem agrū quod hominem, quanuis quæstuosus siet, si sumptuosus erit, relinqu non multum. Præmium quod primum siet, si me rogabis, sic dicam, De omnibus agris, optimoque loco si emeris iugera agri centum, uinea est prima, si uno multo siet. secundo loco hortus irriguus, tertio salicetum, quarto oletum, quinto prætum, sexto campus frumentarius, septimo silua cædua, octauo arbustum, nono glandaria silua.

Paterfamiliae officia.

2.

Paterfamilias ubi ad uillā uenit, ubi larem familiarem salutauit, fundum eodem die, si potest, circumeat: si non eo die, at postridie. ubi cognouit quomodo fundus cultus siet, operaque quæ facta infectaque sient, postridie eius diei uilicuū vocet, roget quid operis siet factum, quid restet, satisne tempori opera sient confecta, possitne quæ reliqua sient conficerē, & quid factum uini, frumenti, aliarūmque rerum omnium. Vbi ea cognouit, rationem inire oportet operarum, dierum. Si ei opus non apparet, dicit uilicus sedulo se fecisse, seruos non ualuisse, tempestates malas fuisse, seruos aufugiisse, opus publicum effecisse. Vbi eas aliisque causas multas dixerit, ad rationem operum operarūmque uilicuū reuoca. Cum tempestates pluuiæ fuerint, uideto quot dies, quæue opera per im-

M. C A T O

brem fieri potuerint, dolia lauari, picari, villam purgari, frumentum transferri, stercus foras efferri, sterquilinium fieri, semen purgari, funes ueteres sarciri, nouosque fieri: cæntones, cuculiones familiam oportuisse sibi sarcire. Per ferias potuisse fossas ueteres tergeri, viam publicam muniri, uepres recidi, hortum fodiri, pratum puroari, uirgas uinciri, spinas runcari, expinsi far, mundicias fieri. Cum ægrotarint, cibaria tanta dari non oportuisse. Vbi hæc cognita æquo animo sient, quæue reliqua opera sient, curare uti perficiantur. rationes putare argentariam, frumentariam, pabuli causa quæ parata sunt, rationem uinariam, oleariam, quid uenierit, quid exactum siet, quid reliquum siet, quid siet quod ueneat, quæ satis accipienda sient, satis accipientur. Reliqua quæ sient, ut comparent. Siquid desit in annum, uti paretur. quæ supersint, uti ueneant: quæ opus sient locato, locentur: quæ opera fieri uelit, & quæ locare uelit, uti imperet, & ea scripta relinquat. pecus consideret.

Auctionem uti faciat.

Auctionem uti faciat. Vendat oleum, si precium habeat, uinum frumentumque quod supersit. Vendat boves uetulos, armenta delicula, oves deliculas, lanam, pelle, plostrum uetus, ferramenta uetera, serum senem, serum morbosum, & si quid aliud supersit, vendat. Patrem familiæ uendacem, non emacem esse oportet.

Prima adolescentia agrum conserere oportet

3.

Prima adolescentia patrem familiæ agrum conserere studere oportet, ædificare diu cogitare oportet, conserere cogitare non oportet, sed facere oportet. ubi ætas accessit ad annos XXXVI, tum ædificare oportet, si agrum consitum habeas. Ita ædifices, ne villa fundū quæ-

rat, néue fundus villam.

Villam rusticam uti ædificatam habeat.

Patrem familiæ ullam rusticam bene ædificatam habere expedit, cællam oleariam, uinariam, dolia multa, utilubeat caritatem expectare, et rei et uirtuti, et gloriæ erit. Torcularia bona habere oportet ut opus bene effici possit. Olea ubi lecta siet, oleum fiat continuo, ne corrumptatur. Cogitato quotannis tempestates magnas uenire, et oleam deijære solere. Si cito sustuleris, et uasa parata erunt, damni nihil erit ex tempestate, et oleum uiridius et melius fiet. Si in terra, et tabulato olea nimium diu erit, putescet, oleum fætidum fiet. ex quauis olea oleum uiridius et bonum fieri potest, si temporis facies. In iugera oleti. C X X. uasa bina esse oportet. Si oletum bonum benéque frequens, cultumque erit, trapetos bonos, priuos, impares esse oportet: si orbes contriti sient, ut commutare possis, funes loreos, priuos, uectes senos, fibulas duodenas, medipontos, priuos, loreos, trocleas Græcanicas binas, quæ funibus sparteis ducantur. Orbiculis superioribus octonis, inferioribus senis citius dæces. Si rotas uoles facere, tardius ducentur, sed minore labore.

Bubilia uti bene ædificata habeas.

4

Bubilia bona, bonas præsepis, faliscas clatratas. Clatros interesse oportet pede. Si ita feceris, pabulum boues non ejcident. Villam urbanam pro copia ædificato. In bono prædio si bene ædificaueris, benéque posueris: ruri si recte habitaueris, libentius, et sæpius uenies, fundus melius erit, minus peccabitur, fructi plus capies. Frons occipitio prior est. Vicinis bonus esto. Famuliam ne siueris peccare. Si te libenter uicinitas uidebit, facilius tua uen-

B.i.

des, operas facilius locabis, operarios facilius conduceas. Si ædificabis, operis, iumentis, materia adiuvabunt. Siquid (bona salute) usus uenerit, benigne defendant.

vilici officia.

5

Hæc erunt vilici officia. Disciplina bona utatur. Ferriæ seruentur. Alieno manum abstineat. Sua seruet diligenter. Litibus familia supersedeat. Siquis quid deliquerit, pro noxa, bono modo vindicet. Familiæ male ne sit, ne algeat, ne esuriat, opere bene exerceat, facilius malo & alieno prohibebit. Vilicus si nolet male facere, non faciet. Si passus erit, dominus impune ne sinat esse. Pro beneficio gratiam referat, ut alijs recte facere libeat. Vilicus ne sit ambulator, sobrius siet semper. Ad cœnam ne quo eat. Familiam exerceat: consideret, quæ dominus imperauerit, fiant. Ne plus censeat sapere se, quam dominum. Amicos domini eos habeat sibi amicos. Cui iussus siet, au-sultet. Rem diuinam nisi compitalibus in compito, aut in foco ne faciat. In iussu domini credat nemini. Quod dominus crediderit, exigat. Satui semen, cibaria, far, unum, oleum mutuum dederit nemini. Duas aut tres familiias habeat, unde utenda roget, & quibus det: præterea nemini. Rationem cum domino crebro putet. Operarium, mercenarium, politorem diutius eundem ne habeat die. Nequid emisse uelit insidente domino, neu quid dominum celauisse uelit. Parasitum ne quem habeat. Haruspicem, Augurem, Hariolum, Chaldæum ne quem consu-luisse uelit. Segetem ne defrudet, nam id infelix est. Opus rusticum omne curet uti sciat facere, & id faciat saepe, dum ne lassus fiat. Si fecerit, scribit in mente familiæ quid siet, & illi animo æquiore facient. Si hoc faciet, minus libebit ambulare, & ualebit rectius, & dormibit libentius. Pri-

mus cubitu surgat : postremus cubitum eat. prius ullam mudeat clausa uti siet, et uti suo quisque loco cubet, et uti iumenta pabulum habeant . Boves maxima diligentia curatos habeto. Bubulis obsequitor , partim quo libentius boves current. Aratra uomerésque facito uti bonos habeas. terram cariosam caueto ne ares, néue plostrum, néue pecus impellas. Si ita non caueris, quò impuleris, triennij fructum amittes . Pecori et bubus diligenter substernatur, ungulæ curentur. scabiem pecori, et iumentis caueto . id ex fame, et si impluit fieri solet . Opera omnia mature conficias face. Nam res rustica sic est, si unam rem serò feceris, omnia opera serò facies . stramenta si deerunt, frondem ilagineam legitio , eam substernito oibus bibusque . Sterquilinium magnum stude ut habeas. Stercus sedulo conserua, cum exportabis purgato et comminuito. Per autumnum euehito. Circum oleas autumnatae ablaqueato, et stercus addito, frondem populneam, ulmeam, quernea cædito, per tempus eam condito, nō per aridam, pabulum oibus. Item fœnum, cordum, sicilimenta de prato, ea arida condito . Post imbre autumni rapinam, pabulum, lupinumque serito.

Agrum quibus locis conseras.

6

Agrum quibus locis conseras, sic obseruari oportet. Vbi ager crassus, et latus est sine arboribus, eum agrum frumentarium esse oportet . Idem ager si nebulosus est, raphanum, milium panicum id maxime seri oportet, in agro crasso, et caldo oleam conditiam, radium maiorem, fallentinam, orchitem poseam, sergianam, colminianam, albicerem, quam earum in his locis optimam dicent esse, eam maxime seri. Hoc genus oleæ in XXV.

B.ij.

aut in XXX pedes conserito. Ager oleto conserundo, qui in uentum Fauonium spectabit, et soli ostentus erit, alius bonus nullus erit. Qui ager frigidior et macrior erit, ibi oleam licinianam seri oportet. Sin in loco crassfo, aut calido seueris, hostus nequam erit, et ferundo arbor peribit, et muscas ruber molestus erit. Circum corondas, et circum vias ulmos serito, et partim populos, uti frondem ombibus et bubus habeas, et materia siquæ opus sit, parata erit. Si ubi in his locis ripæ, aut locus humectus erit, ibi cacumina populorum serito et arundinetum. Id hoc modo serito: bipalio uortito, ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio serito. Ibi corrudam serito, unde asparagi fiant. Nam conuenit arundinetum cum corruda, eo quia foditur, et incenditur, et umbram per tempus habet. Salicem Graecam circum arundinetum serito, uti siet qui vineam alliges. Vineam quo in agro conseri oportet, sic obseruato. Qui locus uino optimus dicetur esse, et ostentus soli, ibi aminneum minusculum, et geminum eugeneum, helueolum minusculum conserito. Qui locus crassus erit, aut nebulosior, ibi aminneum maius, aut murgentinum, apicum lucanum serito. Cæteræ uites, miscellæ maxime, in quemuis agrum conueniunt.

De Fundo suburbano.

7

Fundum suburbanum arbustum maxime conuenit habere, et ligna et uirgæ uenire possunt, et domino erit, qui utatur. In eodem fundo suum quidquid conseri oportet, arbusto que uitæ copulari. Aminneum minusculum, et maiusculum, et apicum. Hæc in ollis, ollæ in unacis conduntur eadem in sapa: in musto, in lora recte conduntur, quas suspendas duracinas, amineas mai-

res, & scantianas opportunissimas esse, uel ad fabrum ferrarium pro passis eae recte seruantur. Poma mala struthaea, cotonet, scantiana, quiriniana, item alia conditua mala mustea, & punica, eo lotium suillum aut sterlus ad radicem addere oportet, uti stabilia mala fiant. Pira uolema, aniciana, & sementina. Hæc conditua in sapo bona erunt, tarentina, mustea, & cucurbitina. Item alia genera quamplurima serito, aut inserito, oleas orchites, posias, eae optimæ conduntur, uel uirides in muria, uel in lentiso contusæ. Orchites ubi nigræ erunt & sicæ, sale confricato dies V. postea salem excutito, in solem ponito biduum, uel sine sale in defrutum condito. Sorba in sapo condere, uel suare arida facias. item pira eodem modo facias.

Ficos quo loco seras.

8

Ficos mariscas in loco cretoſo & aperto ſerito, africanas, & herculanas, saguntinas, hibernas, telanas, atras pediculo longo, eas in loco crasso, aut ſtercorato ſerito. Pratum ſi irriguum habebis, fœnum non deficit. ſi non erit, ſicutum ne fœnum defiet ſummittito. sub urbe hortum omne genus, coronamenta omne genus, bulbos megaricos, myrtum coniugulum & album & nigrum, laurum delphicam, & cypricam, & ſylvaticam, nuces calunas, auellanas, prænestinas, & græcas, hæc facito uti ſerantur. fundum urbanum, & qui eum fundum ſolum habebit, ita paret, itaque conſerat, uti quām ſolertifimum habeat.

Salicta locis aquofisis.

9

Salicta locis aquofisis, humectis, umbrosis, propter amnes ibi ſeri oportet. Et id uideto, uti aut domum opus ſient, aut ut uenire poſſint. Prata irrigua, ſi aquam ha-

B. iij.

M. C A T O

bebis id potissimum facito: si aquam nō habebis, siccā quām plurima facito. Hoc est prædium quod ubi mis expedit facere.

Quomodo oletum agri iugera C C X L. instruere oporteat.

10

viliam, uilicam, operarios v. bubulos III. subulum I. asinariū I. opilionem I. summa hominum XI II. boues trinos, asinos ornatos clitellarios, qui sterlus uectent III. asinum unum, oues centum, uasa olearia instruta iuga v. abenum quod capiat quadrantalia X X X. operculū abeni, uncos ferreos III. urceos aquarios III. infidibula II. abenum quod capiat quadrantalia V. abeni operculum, uncos III. labellum polulum, amphoras olearias II. urnam quinquagenariam unam, trullas III. situlum aquarium unum, peluum unam, matellionē, trullum, scutriscum, matellam, nassiternam, candelabrum, sextarium, plostra maiora III. aratra cum uomeribus VI. iuga cum loris ornata II I. ornamenta bubus V I. urpicem unum, crates stercorarias III I. sirpeas stercorarias III. semūcias III. instrata asinis III. ferramenta, ferreas VII I. sarcula VIII. palas III I. ruta V. rastros quadridentes II. falces fœnarias III. stramentarias VI. arborarias V. seures III. cuneos III. fistulam farrariam I. forpicis II. rutabulum I. foculos II. dolia olearia C. labra X I I. dolia quo uinaceos condat X. amuraria X. uinaria X. frumentaria X X. labrum lupinariū unum, serias V I. labrum eluacrum unum, soliū unum, labra aquaria II. opercula dolys, serijs priua plura, molas asinarias undas, et trusatiles undas, hispanienses undas, molilia III. abacum I. orbes abeneos II. mensas II. scamna magna III. scamnum in cubiculo unū, scabilla

III. sellas IIII. solia II. lectum in cubiculo I. lectos loris
subtentos III. & lectos tres, pilam ligneam unam, fullo-
nicam unam, telam iugalem unam, pilas duas, pilum fa-
barium unum, farrearium unum, seminarium unum, qui
nucleos succernat unum, modium unū, semodiū unum, cul-
citas VIII. instragula VIII. puluinos XVI. operimen-
ta X. mappas III. centones pueris VI.

Quomodo vineam iugerū C. instituere oporteat. II

vilicūm, uilicām, operarios X. bubulcum I. asinariūm
I. salictarium I. subulcum I. summa homines XV I. bo-
ues II. asinos plostrarios II. asinum molarium I. na-
sa torcula instructa IIII. dolia V. ubi vindemiae esse pos-
sint, culleum DCCC. dolia ubi uinaceos condat, XX. fru-
mentaria XX. opercula doliorum, & tectoria priua, ur-
nas sparteas V I. amphoras sparteas IIII. infidibula II.
cola utilia III. colla, qui florem demant, tria, urceos ma-
strios decem. plostra duo. aratra duo. iugum plostarium
I. iugum uinarium I. iugum asinariūm I. orbem abe-
neum I. molile I. abeneum, quod capit culleum unum, o-
perculum abeni unum, uncos ferreos IIII. abenum co-
culum, quod capiat culleum, urceos aquarios II. amphi-
oram nassiternam I. peluim I. matellionem I. trullum I.
situlum aquarium I. scutriscum trullam, candelabrum,
matellam, lectos IIII. scannum I. mensas II. aba-
cum I. arcam uestiariam I. armarium promptuarium I.
scanna longa V I. rotam aquariam I. modium præ-
ferratum I. semodium I. labrum eluacrum I. solium. la-
brum lupinarium I. serias X. ornamenta bubus, orna-
menta asinis instrata IIII. semuncias IIII. sportas fæ-
carias IIII. molas asinarias IIII. trusatiles unas. ferramen-
ta, falces vineaticas V I. scirpiculas V. falces silua-
B. iiiij.

hcas V. arborarias III. secures V. et cuneos IIII.
uumeres ferreos X. palas VI. rutra quatuor, rastros
quadridentes II. crates sterorarias IIII. sirpeam
sterorariam I. faculas uineaticas XL. faculas rusca-
rias X. foculos II. forpices II. rutabulum, orbulas a-
merinas XX. quala sataria V III. alueos XL. palas
ligneas XL. lntres II. culatas IIII. instagula IIII.
puluinos V I. operimenta VI. mappas III. antones
pueris VI.

Quomodo uasa torcula V. iugerum instrue-
re oporteat.

12

In torcularium quæ opus sunt uasis quinis prelatē-
perata V. superuacanea IIII. fuculas V. superuacaneam
I. funes loreos V. subductarios V. medipontos V. trocleas
V. capistra V. assercula V. ubi prela sita sient V. serias
III. uectes XL. fibulas XL. confibulas ligneas, qui ar-
bores comprimat, si disbiascent, et cuneos VI. trapetos
V. cupas minusculas X. alueos X. palas ligneas X. ru-
tra ferrea V.

Quomodo torcularium et cællam olearium
parare oporteat.

13

In torcularium in usu quod opus est. Vræcum aheneum I. quod capiat quadrantalia quinque, uncos fer-
reos tres, orbem aheneum unum, molas unas, cribrum
unum, incerniculum unum, securim unam, scannum u-
num, seriam unariam unam, clauam torcularij unam,
lectum stratum, ubi duo custodes liberi cubent, et ter-
tius seruus una cum factoribus uti cubet. fiscinas nouas
ueteres. epidromum, puluinum, corium unum, lucernas
craticulas duas, carnarium unum, scalas unas. In cællam olearium hæc opus sunt. Dolia olearia opercula, la-

bra olearia X I I I I . conchas maiores duas, & minores duas, trullas aheneas tres, amphoras olearias duas, uræum aquarium unum, urnam quinquagenariâ unam, sextarium olearium unum, labellum unum, infundibula duo, spongas duas, uræos fictiles I I . urnales I I . trullas ligneas duas, claves cum clostris I I I . cællas duas, trutinam unam, centum pondium incertum unum, & pondera certa.

Villam ædificandam si locabis.

Villam ædificandam si locabis nouam ab solo, faber hæc faciat oportet. Parietes omnes (uti iussitur) calce & cementis, pilas ex lapide angulari, tigna omnia, quæ opus sunt, limina, postes, iugumenta, asperes, fulmentas, præsepis bubus hibernas, & æstuas faliscas, equile, cællas familiæ, carnaria I I I . orbem, ahena I I . haras X . focum, ianuam maximam, & alteram quam uoleat dominus, fenes- tras, clatros in fenestras maiores, & minores bipedales X . lumina V I . scamna I I I . sellas V . telas iogiles duas, luminaria V I . paullulam pilam, ubi triticum pim- san, unam, fullonicam unam, antepagmenta, uasa torcu- la duo. Hæ rei materiem, & quæ opus sunt dominus præ- bebit, & ad opus dabit: succidet, delabit, serrā I . lineam I . materiam duntaxat secabit, facietque. Conductor lapi- dem, calcem, arenam, aquam, paleas, terram, unde lusum fiat. Si de cælo villa tacta siet, de ea re uerba uti siant. Hunc operi preium ab domino bono, qui bene præbeat quæ opus sunt, & numos fide bona soluat. In tegulas sin- gulas I I . In teclū sic numerabitur tegula, integra quæ non erit, unde quarta pars aberit, duæ pro una concilia- res quæ erunt, pro binis putabuntur: in alijs quot erunt, in singulas quaternæ numerabuntur. Villa lapide calce

fundamenta supra terram pede, cæteros parietes ex late-
re, iugumenta, & antepagmenta, quæ opus erunt, indito.
Cætera lex uti villa ex calce, cementis pretium in tegulas
singulas N. S. loco salubri bono domino hæc, quæ supra
precia posita sunt. ex signo manupretium erit: pestilentia,
ubi æstate fieri non potest, bono domino pars quartæ pre-
cij accedat.

De macerijis ædificandis. 15

Macerias ex calce, cementis, silice uti dominus omnia
ad opus præbeat; altam P. V. facito, & columnam P. I.
crassam P. I. s. longam P. X I V. & uti sublinat lo-
cari oportet. Parietes villæ si locet in pedes C. id est, P.
X. quoquouorsum, libellis in pedes V. & perticam unam
P. uic. N. X. Sesquipedalem parietem dominus fun-
damenta faciat, & ad opus præbeat calcis in P. singu-
los longitudinem opus est modium unum, arenæ madios
duos.

Calcem partiario locandam. 16

Calcem partiario coquendam qui dant, ita dant. Per-
ficit, & coquit, & ex fornacæ calcem eximit calcarius, &
ligna conficit ad fornacem. Dominus lapidem, ligna ad for-
nacem, quod opus siet, præbet.

Materies quid anni tempestua est. 17

Robus, materies item pro ridica, ubi solstitium fuerit
ad brumam semper tempestua est. Cætera materies que
semen habet, cum semen maturum habet, tum tempestua
est. Quæ materies semen non habet, cum glubebit, tum
tempestua est. Ea quæ semen viride & maturum habet,
ut semen de cupresso, de pino, quidvis anni legere possis.
Item quidvis anni matura est, & tempestua, ibi dum
sunt nuces bimæ, inde semen excidet, & anniculæ eæ ubi

primum incipiunt biascere, tum legi oportet, per sementim
primum incipiunt maturæ esse. Postea usque adeo sunt
plus menses V I I I. Hornotinæ nuæs urides sunt. Ul-
mus, cum folia cadunt, tum iterum tempestua est.

Torcularium si ædificare uoles. 18

Torcularium si ædificare uoles, quadrarijs uasis, uti
contra ora stent. ad hunc modū uasa componito, arbores
crassas P. I I. altas P. V I I I. cū cardinibus, foramina
longa P. I I I. S. - exculpta digitos V I. Ab solo for-
mē primum, P. I. S. inter arbores & arbores, & parie-
tes P. I I. in I I. arbores P. I. - arbores ad stipitem
primum directos P. X V I. stipites crassi P. I I. alti cum
cardinibus P. X. fucula præter cardines P. V I I I.
prelum longum P. X X V. inibi lingulam P. I I. S. pa-
uimentū binis uasis cū canalibus duobus P. X X X I I I.
trapetibus locum dextra, sinistra, paumentum P. X X.
inter binos stipites uectibus locū P. X X I I. Alteris uasis
ex aduersum ab stipite extremo ad parietem, qui ponè ar-
bores est, P. X X. summa torculario, uasis quadrarijs la-
titudine P. L X V I. longitudine P. L. I I. Inter parietes
arbores ubi statues, fundamenta bona facito, alta P. V.
inibi lapides siliæs totum forum longum P. V. latum P.
I I. S. crassum P. I. S. Ibi foramen pedicinis duobus
facito. ibi arbores pedicino in lapide statuito. Inter duas
arbores, quod loci supererit, robore expleto, eo plumbum
infundito, superiorem partem arborum digitos sex altam
facito siet, eo capitulum robustum indito, uti siet stipites ubi
stent. Fundamenta P. V. facito. ibi siliæm longum P.
I I. S. latum P. I I. S. crassum P. I I. S. planum sta-
tuito, ibi stipites statuito. Item alterum stipitem statuito:
insuper arbores stipitesque trabem planam imponito, la-

tam P. II. crassam P. I. longam P. XXXVII. vel
 duplices indito, si solidas non habebis, sub eis trabes in-
 ter canales, et parietes extremos, ubi trapeti stent, tra-
 beculam pedum XXXIII. s. imponito sesquipedalem,
 aut binas pro singulis eo supponito. In ijs trabeculis tra-
 bes, quae insuper arbores stipites stant, collocato. In ijs ti-
 gnis parietes extruito, iungitque materiae, uti oneris satis
 habeat. Aream ubi facies, P. V. fundamenta alta facito,
 lata P. VI. aream, et canalem rotundam facito latam
 P. IIII. s. - Cæterum pavimentum totum fundamen-
 ta pedum duorum facito. Fundamenta primum festucato,
 postea cementis minutis, et calce arenato semipedem uniu-
 quodque corium struito. Pavimenta ad hunc modum faci-
 to, ubi libraueris, de glarea, et calce arenato primum corium
 facito, id pilis subigito, idem alterum corium facito. eo cal-
 cem cribro sucretam indito alte digitos duo. ibi de testa
 arida pavimentum struito. ubi structum erit, paucio, fri-
 catoque, uti pavimentum bonum siet. Arbores, stipitesque
 robustas facito, aut pineas. Si trabes minores facere uoles,
 canales extra columnam expolito. si ita feceris, trabes pe-
 dum XXXI. longæ opus erunt. Orbem olearium latum
 pedibus IIII. punicanis coagmentis facito, crassum di-
 gitos VI. facito, subsudes iligneas admido. Eas ubi con-
 fixeris, clavis cornuis ocludit. In eum orbem tris cathe-
 nas indito. Eas cathenas cum orbibus clavis ferreis corri-
 gito. Orbem ex ulmo, aut ex corylo facito. Si utrumque ha-
 bebis, alternas indito.

In uasa uinaria stipites.

¹⁹
 In uasa uinaria stipites arboreisque binis pedibus al-
 tiores facito, supra foramina arborum pedem quæque uti
 absint, unde fibulae locum facito. semipedem quoquoquer-

sum, in sūculam sēna foramina indito. foramen, quod pri-
mum facies, semipedem ab cardine facio, cætera diuidito
quām rectissime. Porculum in media sūcula facio. Inter
arbores medium quod erit, id ad medium collibrato, ubi
porculum figere oportebit. uti in medio prelum recte si-
tum siet. Lingulam cum facies, de medio prelo collibrato:
ut inter arbores bene conueniat, digitum pollicem laxa-
menti facio. Vectes longissimos pedum X I I X. secundos
pedum X V I. tertios pedum X V. remissarios pedum
X I I. alteros pedum X. tertios pedum V I I I.

Trapetum quomodo concinnare oporteat. 20

Columellam ferream, quæ in miliario stat, eā rectam
stare oportet in medio ad perpendicularum, cuneis salignis
circunfigi oportet bene. eo plumbum effundere caueat, ni
labet columella. Si mouebitur, eximito, denuo eodem modo
facio, ne se moueat. Modiolos in orbis, oleaginos ex orchi-
te olea facio, et eos circumplumbato, caueto ne laxi sient.
Si autem labent, in cupam eos indito. tunicas solidas, et
latas digitum pollicem facio, labeam bifariam faciat, et
habeat quas figat clavis duplicitus, ne cadant.

Cupam quomodo ædifices. 21

Cupam facio P. X. tam crassam, quām modioli po-
stulabunt, medium inter orbis, quæ conueniat, tam cras-
sam, quām columella ferrea erit. Eam medium pertundi-
to, uti in columella indere possis. Eo fistulam ferream in-
dito, quæ in columellam conueniat, et in cupam. Inter cu-
pam dextra, sinistra pertundito late digitos primoris
I I I I. alte digitos primoris tres, sub cupa tabulā ferream
lata cupa media erit, pertusam figito, quæ in columellam
conueniat dextra, sinistra. foramina ubi feceris, laminis cir-
cumplectito, replicato in inferiorem partem cupæ omnis

quatuor laminas dextra, sinistra foramina utrinque secus laminas. Sublaminas pollulas minutissimas supponito, eas inter se configito, ne foramina maiora fiant, quo cupulae minusculae indentur. Cupam, qua fini in modiolos erit, utrumque secus imbricibus ferreis quatuor desues, ibi utrumque secus facio, qui figas. imbrices medias clavulis figo. Supra imbrices extrinsecus cupam pertundito, qua clavis eat qui orbem cludat. Insuper foramen librariū ferreum digitos sex latum indito, pertusum utrumque secus qua clavis eat. Hæc omnia eius rei causa fiunt, uti ne cupa in lapide conteratur. Armillas IIII. facio, quas circum orbem indas, ne cupa et clavis conteratur. Intrinsecus cupam materia ulmea aut faginea facio. Ferrum factum, quod opus erit, uti idem faber figat. 18. L X. opus sunt, cum plumbum cupam emitio 18. IIII. cupam qui concinnet, et modiolos qui indat, et plumbet operas fabri duotaxat. H. V I I I. Idem trapetum oportet accommodet. summa sumpti H. L X X I I. præter adiutores.

Trapetum quomodo ædifices.

22

Trapetum hoc modo accommodare oportet, librator uti statuatur pariter. ab labris digitum minimum orbem abesse oportet. ab solo mortarij orbes cauere oportet, ne quid mortarium terant. Inter orbem, et miliarium unum digitum interesse oportet. si plus intererit, atque orbes nimium aberunt, funi circunligato miliarium arcte crebro, uti expleas quod nimium interest. si orbes altiores erunt, atq; nimium mortarium deorsum teret, orbiculos ligneos pertusos in miliarium, in columellam supponito, eo altitudinem temperato. Eodem modo latitudinem orbicularis ligneis, aut armillis ferreis temperato, usque dum recte temperabitur. Trapetus emptus est in Sueffano H. C C C C.

et olei p.l. composturæ H. L X. uectura boum, operas sex homines VI. cum bubulis H. L X I I . cupam ornatam H. L X X I I . pro oleo. H. XX V. S. S. H. D C X X I X . Pompeijs emptus ornatus H. C C C X X C I I I . uectura H. C C X X C . Domi melius concinnatur, et accommodatur. Eo sumpti opus est. H. L X . summa, H. D C C - X X I I I . Si orbes in ueteres trapetos parabis medios crassos P. I. digitos IIII. altos P. I. foramen semipendem quoquo uersum. eos cum aduexeris, ex trapeto temperato. Ii emuntur ad Rufri macerias H. C X X C . temperantur H. X X X . tandem Pompeijs emuntur.

Ad uindemiam quæ opus sunt ut parentur. 23

Face ad uindemiam, quæ opus sunt, uti parentur. uasa lauentur: corbulæ sarciantur: picentur dolia: quæ opus sunt, picentur. cum pluet quala parentur, sarciantur. far molatur. Bennæ emantur. oleæ caducæ falliantur. Vuas miscellas ad uinum præliganeum, quod operarij bibant, ubi tempus erit, legit. sicutum puriter omnium dierum pariter in dolia diuidito. si opus erit, defrutum indito in mustum, de musto lixiuo coctum, partem quadragesimam addito defruti, uel salis sesquilibram in culleum. Marmor si indes in culleum, libram indito. id indito in urnam, misceto cum musto. id indito in dolium resinam si indes, in culleum musti. P. III. bene comminuto, indito in fiscellam et facito uti in dolio musti pendeat. eā quassato crebro, uti resina condiliquescat. Indideris defrutum, aut marmor, aut resinam, dies XX. permisceto crebro, tribulato quotidie. Tortium mustum circumcidaneum suo cuique dolio diuidito, additōque pariter.

Vinum Græcum quomodo fiat. 24

Vinum Græcum hoc modo fieri oportet: Vuas Ap-

cias percoctas bene legito. ubi delegeris, in eius musti culleum aquæ marinæ ueteris quadrantaliam 11. uel salis puri modium. Eum in fisella suspendito, sinitoque cum musto distabescat. si helueolum unum facere uoles, dimidium hel ueoli, dimidium apicij uini indito, defruti ueteris partem trigesimam addito. Quicquid uini defrudabis, partem trigesimam defruti addito.

Vina cocta ut seruetur.

25

Quum uinum coctumerit, et quum legetur, facito uti seruetur familiæ primū suisque, facioque studeas bene percoctum siccumque legere, ne uinum nomen perdat. Vinae eos quotidie recentes succernito, lecto retibus subtento cribrum illius rei parato, eos concutato in dolia picata, uel in lacum uinarium picatum. id bene operito, iubeto oblini, quod des bubus per hiemem. Indidem, si uoles, lauito. paucatim erit lorea familiæ, quod bibat.

Vindemia facta ut uasa torcula subligentur.

26

Vindemia facta uasa torcula, corbulas, fiscinas, funes, patibula, fibulas iubeto suo quidquid loco cōdi. Dolia cum uino bis in die face extergeantur. Priuásque scropulas in dolia facito habeas illi rei, qui labra doliorum circumfricæ. Vbi erit lectum dies triginta, si bene deacinata erunt dolia, oblinito. Si uoles de fæce demere uinum, tum erit ei rei optimum tempus.

Sementim ut facias.

27

Sementim facito, ocinum, uiciam, fœnum Græcum, fabam, eruum, pabulū bubus. Alteram, et tertiam pabuli sationem facito. Demde alias fruges serito. Scrobis in ueruato oleis, ulmis, uitibus, ficas, simul cum semine serito. Si erit locus siccus, tum oleas per sementim serito, et quæ antea tæ erunt, teneras tum supputato, et arbores ablaqueato.

Oleas & reliqua semina cum seres
quomodo seras.

28

Oleas, ulmos, ficos, poma, uites, pinos, cupressos cum seres, bene cum radicibus eximo cum terra sua quamplurima, circumligatoque uti ferre possis. in alueo aut in corbula ferri iubeto. Caueto cum uentus siet aut imber, effodiás, aut seras. nam id maxime cauendum est. In scrobe cum pones, summam terram subdito. postea operito terra radicibus fini, deinde calcato pedibus bene, deinde festucis uectibúsque calcato quamoptime poteris. Id erit ei rei primum. Arbores crassiores digitis V. quæ erunt, eas præcisas serito, oblinitoque summo summas, & folijs alligato.

stercus ut diuidas.

29

stercus diuidito sic. Partem dimidiam in segetem, ubi pabulum seras, inuehito. Et si ibi olea erit, simul oblaqueato, stercusque addito. Postea pabulum serito, partem quartam circumoleas ablaqueatas, qua maxime opus erit, addito, terraque stercus operito. Alteram quartam partem in pratum reseruato, idq; tum maxime opus erit, ubi fauonius flabit. Euehito luna silenti.

Bubus frondem.

30

Bubus frondem ulmeam, populneam, querneam, ficalneam usquedum habebis, dato. Oibus frondem uiridem, usquedum habebis, præbeto. Vbi sementim facturus eris, ibi oues delectato, & frondem usque ad pabula matura. Pabulum aridum quod condideris in hieme, quam maxime conseruato, cogitatōque hiems quam longa siet.

Ad oleam cogendam quæ pares.

31

Ad oleam cogendam quæ opus erunt, parentur. Vimina matura, salix per tempus legatur, uti siet unde corbulæ fiant, & ueteres sarciantur. Fibulæ unde fiant aridae

C.i.

iligneæ, ulmeæ, nuææ, ficulneæ face uti in sterlus, aut in aquam conijciantur. inde ubi opus erit, fibulas facito. ue-
tæs iligneos, ac rufolios, laureos, ulmeos facito, uti sient pa-
rati. Prelum de carpino àtra potissimum facito. ulmeam,
pineam, nuæam, hanc atque aliam materiem omnem cum
effodies, luna decrescente eximoto, post meridiem, sine uen-
to austro. Tum erit tempestua, cum semen suum matu-
rum erit. Cauetóque per rorem trahas, aut doles. Quæ
materies semen non habebit, cum glubet, tempestua erit.
Vento austro caueto, ne quam materiem, néue uinum tra-
hæs, nisi necessario.

Vineæ arborésque ut mature putentur. 32

Vineas, arborésque mature face incipias putare. Vites
propages sulcos, sursum uorsum, quo ad eius facere pote-
ris, uitis facito uti ducas. Arbores hoc modo putentur, ra-
mi uti diuaricentur, quos relinques, et uti recte cædan-
tur, et ne nimium crebri relinquantur. uites bene no-
dentur per omnes ramos. diligenter caueto ne uitæm præ-
cipites, et ne nimium perstringas. Arbores facito uti bene
maritæ sint, uitæsque uti satis multæ afferantur, et si cu-
bi opus erit, de arbore deiijciantur, et in terram depri-
mantur, et biennio post præcidito ueteres.

Vineæ ut curetur. 33

Vineam sic facito, uti curetur: Vitæm bene enodatam
deligato recte, flexuosa uti ne siet, sursum uorsum semper
ducito, quoad eius poteris, uinarios, custodésque recte re-
linquito. Quam altissimam vineam facito, alligatóque re-
cte, dum ne nimium constringas, hoc modo eam curato.
Capita uitium per sementim ablaqueato. Vineam puta-
tam circumfodito. arare incipito, ultro citróque sulcos per-
petuos ducito. Vites teneras quamprimum propagato, sic

oarato ueteres, quamminimun castrato, potius, si opus erit,
deijato, biennio que post præcidito. Vitem nouellam rese-
cari tum erit tempus, ubi ualebit. Si uinea à uite calua
erit, sulcos interponit, ibique uiu iradicem serito, umbram
ab sulcis remoueto crebroque fodito. In uinea uetera seri-
to o cinum. Si macra erit, quod granum capiat ne serito, et
circum capita addito sterlus, paleas, uinacæs, aliquid ho-
rum, quo rectius ualeat. Vbi uinea frondere cœperit, pam-
pinato. Vineas nouellas alligato crebro, ne caules perfrin-
gantur. Et quæ iam in perticam ibit, eius pampinos tene-
ros alligato leuiter, corrigitoque, uti recte spectent. Vbi u-
nia uaria fieri cœperit, uites subligato, pampinato, unaſ-
que expellito, circum capita sarito.

Salictum ut suo tempore cædatur.

Salictum suo tempore cædito, glubito, arcteque alliga-
to. Libru conseruato, cum opus erit in uinea ex eo in aqua
conijato alligato. Vimina unde corbulæ fiant, conseruato.

De sementi facienda.

34

Redeo ad sementim. ubi quisque locus frigidissimus, a-
quosissimusque erit, ibi primum serito. In calidissimis lo-
cis sementim postremum fieri oportet. terram caue cario-
sam tractes.

De agro rubricoso.

Ager rubricosus et terra pulla, materina, rudecta, a-
renosa: item quæ aquosa nō erit, ibi lupinum bonum fiet.
In creta, et ulagine, et rubrica, et agro qui aquosus erit,
semen adorem potissimum serito, quæ loca sita et non
herbosa erunt, aperta ab umbra, ibi triticum serito.

De faba, et uicia, silagine, hordeo, ubi serantur.

35

Fabam in locis ualidis non calamitosis serito. Viciam
et fœnum Græcum quamminime herbosis locis serito.

C.ij.

siliginem, triticum in loco aperto, cœlso, ubi sol quam diutissime siet, seri oportet. Lentim in rudecto et rubicoso loco, qui herbosus non siet, serito. Hordeum qui locus nūus erit, aut qui restibilis fieri poterit, serito. trimestrem quo in loco sementim maturam facere non potueris, et qui locus restibilis crassitudine fieri poterit, seri oportet. Radpinam et coles rapicū unde fiant, et raphanum in loco sterorato bene aut in loco crasso serito.

Quæ segetem stercorent.

36

Quæ segetem stercorant. Stercus columbinum sparge-re oportet in pratum, uel in hortum, uel in segetem. Caprinum, ouillum, bubulum, item cæterum stercus omne se-dulo cōseruato. Amurcam spargas, uel irriges ad arbores, circum capita maiora amphoras, ad minora urnas cum aquæ dimidio addito, ablaqueato prius non alte.

Quæ mala in segete sint.

37

Si cariosam terram tractes. cicer quod uellitur, et quod salsum est, eo malum est. Hordeum, fœnum græcum, eruum, hæc omnia segetem exsugunt, et omnia quæ uel-luntur. nucleos in segetem ne indideris.

Quæ segetem stercorent fruges.

Lupinum, faba, uicia. Stercus unde facias. stramenta, lupinum, paleas, fabalia, acus, frondem ligneam, quer-neam. Ex segeti uellito ebulum, cicutam, et circum sa-lichta herbam altam, uluāmque. eā substernito ouibus, bu-bisque, frōdem putidam. partem de nucleis succernito et in lacum coniūcio, eo aquam addito, permisceto rutro be-ne. Inde lutum circum oleas ablaqueatas addito, nucleos combustos item addito. Vitis si macra erit, sarmenta sua concidito minute, et ibidem inarato, aut infodito. Per hie-mem lucubratione hæc facio. Ridicas et palos quos pri-

die in tecto posueras, sicutos dolato, faculas facito. Stercus egerito, nisi inter mestri, lunaque dimidiata. tum ne tangas. Materiam quam effodies aut præcides, abs terra diebus septem proximis quibus luna plena fuerit, optime eximetur. Omnino caueto, ne quam materiam doles, neu cædas, ne tangas si potes, nisi sicciam, neu gelidam, neu rorulentam. Frumenta face bis sariás runcésque, auenámq; destringas.

De uinea et arboribus putatis.

De uinea et arboribus putatis sarmenta degere, et fiscinam facere, et uitis, et ligna in caminum fculna, et codicillos domino in aërium componeto.

De fornacē calcaria.

38

Fornacē calcariam pedes latam X facito, altam pedes X X. usque ad pedes I I I summam latam redigito. Si uno præfurnio coques, lacunam intus magnam facito, uti satis sit, ubi cinerem concipiatur ne foras sit educendus. Fornacēmque bene struito. facito fortax totam fornacēm infimam complectatur. Si duobus præfurnijs coques, lacuna nihil opus erit. Cum cinere eruto opus erit, altero præfurnio eruto, in altero ignis erit. Ignem caueto ne intermittas, quin semper sit, néue noctu, néue ullo tempore intermittatur, caueto. Lapidem bonum, in fornacēm, quam candidissimum, quam minime uarium indito. Cum fornacēm facies, fauces præcipites deorsum facito. Vbi sati soderis, tum fornaci locum facito, uti quam altissima, et quam minime uentosa sit. Si parum altam fornacēm habebis, ubi facias lateres summam statuito, aut cementis cum luto summum extrinsecus oblinito. Cum ignem subdideris, si qua flamma exibit, nisi per orbem summum luto oblinito. Ventus ad præfurnium caueto ne accedat. Inibi austrum caueto maxime. Hoc signi erit, ubi calx cocta

C. iij.

erit, summos lapides coctos esse oportebit. item infimis la-
pides cocti cadent, et flamma minus fumosa exibit. si li-
gna, et uirgas non poteris uendere, neque lapidem habe-
bis unde calam coquas, de lignis carbones coquito, uirgas
et sarmenta, quae tibi usioni supererunt, in segete combu-
rito. ubi eas combusseris, ibi papauer serito.

vbi tempestates malæ erunt quid fieri possit. 39

vbi tempestates malæ erunt, cum opus fieri non pote-
rit, stercus in sterquilinium egerito. Bubile, ouile, cortem,
uillam bene purgato. Dolia plumbo uincito, uel materie
quernea, uirisica alligato. Si bene sarceris, aut bene alliga-
ueris, et in rimas medicamentum indideris, benèque pici-
ueris quoduis dolium, uinarium facere poteris. Medicamen-
tum in dolium hoc modo facito: Ceræ P. I. resinæ P.
I. sulfuris P. ??. Hæc omnia in calicem nouum indito.
eo addito gypsum contritum, uti crassitudo fiat quasi em-
plastrum, eo dolia sarcito. vbi sarceris, qui colorem eun-
dem facias, cretæ crudæ partes duas, calcis tertia commi-
sceto: inde laterculos facio, coquito in fornacem, eum con-
terito, idque inducito. Per imbreem in uillam querito quid
fieri possit. Ne cæsetur munditas facito. Cogitato, si nihil
fiet, nihil minus sumptum futurum.

Per uer que fiant.

40

Per uer hæc fieri oportet. sulcos et scrobes fieri semi-
narijs. Vitiarijs locum uerti. uites propagari. In locis cras-
sis et humectis ulmos, ficos, poma, oleas seri oportet. Ficos,
oleas, mala, pira, uites inseri oportet luna silenti post me-
ridiem, sine uento austro. Oleas, ficos, pira, mala hoc mo-
do inserito: Quem ramum insiturus eris, præcidito, incli-
nato aliquantum, ut aqua defluat. Cum præcides, caueto
ne librum conuellas. sumito tibi surculum durum, eum

præacuito, salicem Græcam discindito, argillam, uel cre-
tam coaddito, arenæ paululum, & finum bubulum. Hæc
una bene condepsito, quam maxime uti lendum fiat, capito
tibi scissam salicem, ea stirpem præcisum circunligato, ne
liber frangatur. Vbi id feceris, surculum aridum præacu-
tum inter librum & stirpem artito primores digitos duos,
postea capito tibi surculum. quod genus inserere uoles, eum
primorem præacuito obliquum primores digitos duos. sur-
culum aridum quem artiueras, eximito, eo artito surcu-
lum: quem inserere uoles librum ad librum uorsum faci-
to, artito usque adeo quo præacueris. Idem alterum sur-
culum tertium, quartum facito. Quot genera uoles, tot in-
dito, salicem Græcam amplius circunligato, luto depsto,
stirpem oblito, digitos crassos IIII. Insuper lingua bubu-
la obtegito, si pluat, ne aqua in librum permanet. eam lin-
guam insuper librum alligato, ne cadat. Postea stramen-
tis circundato, alligatoque, ne gelus noceat.

In situ uitis aliarumque rerum.

41

Vitis in situ una est per uer, altera est cum una floret,
ea optima est. Pirorum ac malorum in situ per uer, & per
solstitium dies quinquaginta, & per uindemiam. Oleæ
& ficorum in situ est per uer. Vitem sic inserito, præci-
dito quam inseres, eam medium diffindito per medullam.
eo surculos præacutos artito. Quos inseres medullam cum
medulla componito. Altera in situ est: si uitis uitem con-
tinget, utriusque uitem teneram præacuito, obliquo inter
se medullam cum medulla libro colligato. Tertia in si-
tu est: Terebra uitem quam inseres, pertundito, eo duos
surculos uitigineos, quod genus esse uoles, insectos obli-
quos artito ad medullam. facito ijs medullam cum medul-
la coniungis, artitoque ea qua terebraueris, alterū ex al-

C.iiiij.

ter^a parte. Eos surculos facito sint longi pedes binos, eos in terram dimitto, replicatōque ad uitis caput, medias uitis uincis in terram defigito, terrāque operito. Hæc omnia luto depsto oblinito, alligato, integratōque ad eundem modum, tanquam oleas.

Ficos & oleas alio modo.

42

Ficos & oleas altero modo, quod genus aut ficum, aut oleam esse uoles, inde librum scalpro eximito, alterum librum cum gemma de eo fico, quod genus esse uoles, eximito, apponito in eum locum, unde execaueris in alterum genus, facitōque uti conueniat. Librum longum facito digitos I I I. s. latum digitos tres. ad eundem modum oblinito, integrato, uti cætera.

Sulcos quomodo facias.

43

Sulcos, si locus aquosus erit, aliueatos esse oportet latos summos pedes I I I. altos pedes I I I I. infimum latum pedem unum, & palmum. eos lapide consternito. si lapis non erit, perticis saligneis uiridibus controuersis collatis consternito. si pertica non erit, farmentis colligatis. Postea scrobes facito altos P. I I I. s. latos pedes I I I. & facito de scrobe aqua in sulcum defluat, ita oleas serito.

Vitibus sulcos propagationēsque.

Vitibus sulcos & propagines, ne minus pedibus I I S. quoquouersus facito. Si uoles uinea cito crescat, & olea quam seueris, semel in mense sulcos, & circum capita oleagina quotmensibus usque donec trimæ erūt, fodere oportet. Eodem modo cæteras arbores procurato.

Olea quo tempore putetur.

44

Oliuetum diebus X V. ante æquinoctium uernum incipito putare. Ex eo die dies X L V recte futabis. In hoc

modo putato, qua locus recte ferax erit, quæ arida erunt.
Et siquid uentus interfregerit, ea omnia eximoto. qua locus ferax non erit, id plus concidito, aratoque bene endato, stirpesque leueis facito.

De taleis oleagineis.

45

Taleas pleagineas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito, diligentèrque tractato, ne liber laboret. cum dolabis aut secabis, quas in seminario saturus eris, pedalis facito, eas sic inserito. Locus bipalio subactus siet, benèque terra tenera siet, benèque glutus siet. Cum taleam demittes, pede taleam opprimito. si parum descendet, malleolo aut mateola adigito, cauetoque ne librum sandas cum adiges. Palo prius locum ne feceris, quo taleam demitas: si ita seueris uti stet talea, melius uiuet. Taleæ ubi trimæ sunt, tum denique maturæ sunt, ubi liber sese uertet. si in scrobibus aut in sulcis seres, ternas taleas ponito, eásque diuaticato supra terram, ne plus IIII•digitorum transuersos emineant, uel oculos serito.

Seminarium quomodo fiat.

46

Seminarium ad hunc modum facito: Locum quam optimum et apertissimum et stercorosissimum poteris, et quam simillimum genus terræ eæ, ubi semina positurus eris, et uti ne nimis longe semina ex seminario ferantur, eum locum bipalio uortito, delapidato, circumque sepito bene, et in ordine serito, in sesquipedē quoquo uorsum taleam demittito, opprimitoque pede. Si parū deprimere poteris, malleo aut mateola adigito. Digitū supra terram facta semina emineant, simōq; bubulo summam taleam oblinito, signūque apud taleam apponito, crebroque sarto. Si uoles cito semina crescant, ad eundem modum alia semina serito.

...

Harundo quomodo seratur.

47

Harundinem sic serito. ternos pedes oculos disponito. uitarium eodem modo facito, seritoque. ubi uitis bima erit, resecato. ubi trima erit, eximito, si pecus pascatur. ubi uitem serere uoles, ter prius resecato, quam ad arborem ponas. ubi v nodos ueteres habebit, tum ad arborem poni. quotannis porrinā inserito, quotannis habebis quod eximas.

Pomarium seminarium.

48

Pomarium seminarium ad eundem modum, atque oleagineum facito. suum quidquid genus talearum serito. Semen cupressi ubi seres, bipalio mortito. uere primo serito. porcas pedes quinos latas facito: eo stercus minutum addito, consarito, glebasque comminuito. Porcam planam facito, paulum concavam. Tum semē serito, cribro tanquam linum, eo terram cribro incernito, altam digitum transuersum. Eam terram tabula aut pedibus complanto, furcas circum offigo. eo perticas intendito. eo farmenta aut crates ficarias imponito, quae frigus defendant, et solem. uti subtus homo ambulare possit, facito: crebro runcato: simul herbæ incepint nasci, eximito. Nam si herbam durā uelles, cupressos simul euellas. Ad eundem modum semen pirorum, malorum serito, tegitoque. Nucēs pineas ad eundem modum, nisi tanquam alium serito.

De uinea uetere.

49

Vineam ueterem si in aliū locū transferre uoles, duntaxat brachium crassam licebit. Primum deputato, binas gemmas, ne amplius relinquito. Ex radicibus bene effodito, usque radicēs persequitor, et caueto ne radicēs saucies. ita uti fuerit, ponito in scrobe, aut in sulco, operitoque, et bene occulato. Eodem quemodo vineam statuit, al-

ligato, flexatoque uti fuerit, crebroque fodito.

Prata quomodo stercorentur.

50

Prata primo uere sterco rato luna silenti. Quæ irrigua non erunt, ubi fauoni us flare cœperit. Cum prata defendes, depurgato, herbásque malas omnes radicitus effodito. Vbi uineam deputaueris, aëruum lignorum uirgarumque facito. Ficos interputato, et in uinea ficos subradito alte, ne eas uitis scandat. Seminaria facito, et uetera resarcito. Hoc facito antequam uineam fodere incipias.

Vbi daps profanata erit, quid fiat.

Vbi daps profanata comestaque erit, uerno arare incipito, et loca primum arato quæ sicissima erunt: et quæ crassissima et aquosissima erunt, ea postremum arato, dum ne prius obdurescant.

Propagatio oleæ pomorūmque.

51

Propagatio pomorum, aliarum arborum. Ab arbore abs terra pulli, qui nascentur, eos in terram deprimito, extollitoque primorem partem, uti radicem capiat: inde biennio post effodito, seritoque. Ficum, oleā, malum punicum, cotoneum, aliisque mala omnia, laurum, myrtum, nuæs prenæstinas, platanum. Hæc omnia à capite propagari eximique, serique eodem modo oportet.

Quæ diligentius propagari uoles,

52

Quæ diligentius propagari uoles, in aulas, aut in qualos pertusos propagari oportet, et cum ijs in scrobem deferri oportet. In arboribus, ubi radices capiat, calicem, pertundito per fundum, aut qualum. ramum, quem radicem capere uoles, traþcito. Eum qualum, aut calicem terra implete, calcatoque bene, in arborem relinquito. Vbi ita fuerit, ramum sub qualo præcidito. Qualum incidito

*ex una parte perpetuum. Si uero calix erit, conquassato,
cum eo qualo, aut calice in scrobum ponito. Eodem modo
uitem facito, eam anno post præcidito, seritóque cum qua-
lo. Hoc modo quod genus uis propagabis.*

De fœniſia.

*Fœnum ubi tempuserit, secato, cauetóque ne sero ſeces.
Prius quam ſemen maturum ſiet, secato, et quod optimum
ſecato, ſeorsum condito. Per uer cum arabunt ante-
quam ocinum, des quod edunt.*

Bubus pabulum.

*Bubus pabulum hoc modo parari darique oportet.
Vbi ſementim patraueris, glandem parari legique oportet,
et in aquam coniici. Inde ſemodios, ſingulis bubus
in dies dari oportet, et ſi non laborabunt, paſcantur, ſati-
tius erit. aut modium uinaciorum quos in dolium condi-
deris. Interdiu paſcito, noctu fœni pondo XXV uni bo-
ui dato. Si fœnum non erit, frondem iligneam et edera-
ceā dato. Paleas triticeas, et ordeaceas, acus fabaginum,
uiciam, uel de lupino: item de cæteris frugibus omnia con-
ditio. Cum ſtramenta condes, que herbosifſima erunt in
tecto condito, et ſale ſpargito. deinde ea pro fœno dato.
Vbi uerno dare cœperis, modium glandis aut uinacio-
rum dato, aut modium lupini macerati, et fœni pondo
XV. Vbi ocinum tempestuum erit, dato primum. Mani-
bus carpito, id renasctur. quod falcula ſecueris, non renas-
ctur. Usque ocinum dato, donec arefcat, ita temperato,
poſtea uiciam dato, poſtea panicum dato, ſecondum pa-
nicum frondem ulmeam dato. Si populneam habebis, ad-
miſceto, ut ulmea ſatis ſiet. Vbi ulmeam non habebis, quer-
neam et fulneam dato. Nihil est quod magis expediat,
quam boues bene curare. Boues niſi per hiemem, cum non*

arabunt, pasci non oportet. Nam uiride cum edunt, semper id expectant. Et fiscellas habere oportet, ne herbam sectentur cum arabunt.

De lignis domini.

55

Ligna domino in tabulato condito, codicillos oleagineos, radices in aero sub dio metas facito.

Familiæ cibaria quanta dentur.

56

Familiæ cibaria qui opus facient per hiemem, tritici modios IIII. per æstatem modios IIII. s. uilico, uilicæ epistatae, opilioni modios IIII. Compeditis per hiemem panis P. IIII. ubi uineam fodere cœperint, panis P. V. usque adeo dum ficus esse cœperint, deinde ad P. IIII redito.

Vinum familiæ quantum detur.

57

Vinum familiæ, ubi uindemia facta erit, loram bibant menses IIII. Mense quarto heminas in dies, id est, in mense congios II. S. Mense quinto, sexto, septimo, octauo, in dies sextarios, id est, in mense congios quinque. nono, decimo, undecimo, in dies heminas ternas: id est amphoram. Hoc amplius saturnalibus, et compitalibus in singulos homines congios. Summa uini in homines singulos inter annum cum compeditis uti quicquid operis facient proportione addito. Eos non est nimium in annos singulos uini quadrantalia X ehibere.

Pulmentarium familiæ quantum detur.

58

Pulmentarium familiæ, oleæ aducæ quamplurimum condito. Postea oleas tempestuas, unde minimum olei fieri poterit, eas condito, parcito, uti quamdiutissime durent. ubi oleæ comæ erunt, halecæm et aëtum dato. Oleum dato in menses unicuique sextarium I. Salis unicuique in anno modium satis est.

Vestimenta familiæ.

59

Vestimenta familiæ tunicam P. III. s. sagæ alternis annis. Quoties cuique tunicam aut sagum dabis, prius ueterem accipito, unde cætones fiant. Sculponeas bonas alternis annis dare oportet.

Bubus cibaria.

60

Bubus cibaria annua in iugâ singula lupini modios CXX. aut glandis modios CCXL. fœni pondo, I CXX Cœni. fabæ modios XX. uiciæ modios XXX. Præterea granatui uideto uti satis uiciæ seras. Pabulum cum seres, multas sationes facito.

Quomodo ager colatur.

61

Quid est agrum bene colere? bene arare. Quid secundum? Arare. tertio, Stercorare. Qui oletum sœpissime et altissime miscabit, is tenuissimas radices exarabit. si male arabit, radices sursum adibunt, crassiores fient, et in radices uires oleæ abibunt. Agrum frumentarium cum ares, bene et tempestue ares, sulco uario ne ares. Cætera cultura est multum ferre, et diligenter eximere semina, et per tempus radices quamplurimas cum terra ferre. ubi radices bene operueris, calcare bene, ne aqua noceat. Siquis querat, quod tempus oleæ ferendæ siet, agro sicut per sementim, agro læto per uer.

Quot plostra habere oportet.

62

Quot iugâ boum, mulorum, asinorum habebis, totidem plostra esse oportet.

Funem quam longum esse oporteat.

63

Funem torculum esse oportet extentum P. LV. Funem loreum in plostrum P. LX. lorea retinacula longa P. XXVI. subiugia in plostrum P. XVIII. funicu-

lum P. X V . in aratrum subiugia lorum P. X V I . funiculum P. V I I I .

De olea colligenda.

64

Olea ubi matura erit , quamprimum cogi oportet , quamminimum in terra & in tabulato esse oportet . In terra & in tabulato putescit . Leguli uolunt , uti olea caduca quamplurima sit , quo plus legitur . Factores , ut in tabulato diu sit , ut fraca sit , quo facilius efficiant . Nolito credere oleum in tabulato posse crescere . Quamcitissime conficies , tam maxime expediet , & totidē modijs collectae plus olei efficiant , & melius . Olea quæ diu fuerit in terra , aut in tabulato , inde olei mirus fiet & deterius . Oleum si posteris , bis in die depleto . Nam oleum quamdiutissime in amurca & in fracibus erit , tam deterrimum erit .

Oleum uiride quomodo fiat.

65

Oleum uiride sic facito : Oleam quamprimum ex terra tollito . Si inquinata erit , lauito , à folijs & stercore purgato . Postridie , aut post diem tertium , quam lecta erit , facito . Oleam ubi nigra erit , stringito . Quādū aerbissima olea oleum facies , tam oleum optimum erit . Domino de maturā olea oleum fieri maxime expediet . Si gelicidia erunt , cum oleam cogenes , triduum , aut quatriduum post oleum facito . Eam oleam , si uoles , sale inspergito . Quādū calidissimum torcularium & cællam habets .

Custodis , & capulatoris officia.

66

Seruet diligenter cællam & torcularium . Caueat quamminimum in torcularium & in cællam introedatur . Quām mundissime purissimèque fiat , uaso aheneo , neque nucleis ad oleum ne utatur . nam si utetur , oleum male sapiet . Cortinam plumbeam in lacum ponito , quò oleū fluat . ubi factores uectibus prement , continuo capulator con-

cha oleum, quam diligentissime poterit, tollat, nec cæset. Amurcam caueat ne tollat. Oleum in labrum primum indito. Inde in alterū dolium indito. De ijs labris fræs, amurcamque semper subtrahito. Cum oleum sustuleris de cortina, amurcam dehorito.

Item custodis officia.

67

Qui in torculario erunt, vasa pura habeant, currentque uti olea bene perficiatur, benéque sicetetur. Ligna in torculario ne cædant. Oleum frequenter capiant. Factoribus det in singulos factus, olei sextarios, et in lucernam quod opus siet. Fræs qnotidie reijciat. amurcam commutet usque adeo, donec in lacum, qui in ælla est, postremum peruererit, fiscinas spongia effingat. Quotidie oleo lacum commutet, donec in dolium peruererit. In torculario et in ælla caueat diligenter, nequid olei surripiatur.

Vasa olearia et uinaria extollere.

68

Vbi uindemia et oleitas facta erit, prela extollito, funes torculos, medipontos, subductarios in carnario, aut in prelo suspendito. orbes, fibulas, uectes, scutulas, fiscinas, acrbulas, quala, scalas, patibula omnia, quies usus erit, in suo quidque loco reponito.

Dolia quomodo imbuantur.

69

Dolia olearia noua sic imbuito. Amurca impleto dies V I I. Facito ut amurcam quotidie suppleas. Postea amurcam eximoto et arfacito. ubi arebit, cummim pridie in aquam infundito. Ea postridie diluito. Postea doliū calfacto. Minus quam si picare uelis tepeat, satis est. Lenibus lignis facito calescat. ubi temperate tepebit, tum cummim indito, postea linito. si recte liueris, in dolium quinquagenarium cummim P. I I I I satis erit.

Bubus medicamentum.

70

Si morbum metues, sanis dato salis micas III. folia laurea III. porri fibras III. ulpici spicas III. alijs spicas III. thuris grana III. herbæ sabinæ plantas III. rutæ folia III. uitis alhæ caules III. fabulos albos III. carbones uiuos III. uini S. III. Hæc omnia sublimiter legi, teri, dariq; oportet. Ieiunus siet qui dabit. Ter triduum de ea potionе unicuiq; boui dato. Ita diuidito, cum ter unicuique dederis, omnē absumas. Bōsq; ipsus & qui dabit, facio ut uterq; sublimiter stent. uase ligneo dato.

Bos si ægrotare cœperit.

71

Bos si ægrotare cœperit, dato continuo ei unum ouum gallinacum crudum, integrum facio deuoret. Postridie caput ulpici conterito, cum hemina uini: facitōque ebibat, sublimiter terat & uaso ligneo det. Bōsq; ipsus, & qui dabit, sublimiter stet. Ieiunus ieuno boui dato.

Boues ne pedes subterant.

72

Boues ne pedes subterant, priusquā in viam quoquam ages, pice liquida cornua infima unguito.

Quomodo bubus medicamentum detur.

73

Vbi uiuæ uariæ cœperint fieri, bubus medicamentum dato quotannis, uti ualeant. Pellem anguinam ubi uideris, tollito & condito, ne quærás cum opus siet. Eam pellem, & far, & salem, & serpullum, hæc omnia unà conterito, cum uino dato bubus bibant omnibus. per æstatem boues aquam bonam & liquidam bibant: semper curato, ut ualeant refert.

Panem depsticum sic facito.

74

Panem depsticum sic facito. Manus, mortariumque bene lanato. Farinam in mortarium indito, aquæ paulatim addito, subigitōque pulchre. ubi bene subegeris, desingito,

D.i.

coquitoque sub testu.

Libum hoc modo facito.

Libum hoc modo facito. Casei P. I I. bene disterat in mortario. ubi bene distriuerit, farinæ silagineæ libram, aut si uoles tenerius esse, selibram simul agnis solum eodem indito, permisætōque cum caseo bene, ouum I. addito, et unā permisæto bene. Inde panem facito. Folia subdito, in foco caldo sub testu coquito leniter.

Placentam sic facito.

Placentam sic facito. Farinæ silagineæ L. I I. unde solum facias in tracta, farinæ L. I I I. et alicæ primæ L. I I. alicam in aquam infundito. ubi bene mollis erit, in mortarium purum indito, sic atq[ue] bene. Deinde manibus depsite. ubi bene subactum erit, farinæ L. I I I. paulatim addito, id utrumque tracta facito. In qualo, ubi arestant, componito. ubi arebunt, componito puriter, tum facies in singula tracta. Vbi depsueris, panno oleo uncto tangito, et circuntergeto, unguitoque ubi tracta erunt focum, ubi coquas, calfacto bene, et testum. Postea farinæ L. I I. conspergito, condepsitoque. Inde facito solum tenue casei ouilli P. X I I I. ne acidū siet, et bene recens in aquam indito, ibi macerato, aquam ter mutato. Inde eximoto, sic atq[ue] bene paulatim manibus, sicum bene in mortariū imponito. Vbi omne caseum bene sicaueris, in mortarium purum manibus condepsito, comminuitōque quammaxime. Deinde cribrum farinarium purum sumito, caseūmque per cribrum facito transcat in mortariū. Postea indito mellis boni P. I I I. S. id unā bene commisæto cum caseo. Postea in tabula pura, quæ pateat P. I. ibi balceum ponito, folia laurea uncta supponito, placentā fingito. Tracta singula in totum solum primum ponito, deinde de mor

tario tracta linito, tracta addito singulatim, item linito usque adeo, donec omne caseum cum melle adusus eris. In summum tracta singula indito, postea solum contrahito, ornatōque focum. de ue primo, temperatoque. Tunc placēn * tam imponito, texto caldo operito, pruna insuper, et circum operito. Videto, ut bene, et otiose percoquas. aperito, dum inspidias bis, aut ter. ubi cocta erit, eximito, et melle unguito. hæc erit placenta semodialis.

spiram sic facito.

77

spiram sic facito. Quantum uoles pro ratione, ita uti placenta fit, eadem omnia facito, nisi alio modo fingito in solo tracta, cum melle oblinito bene. Inde tanquam restim tractes facito, ita imponito in solo, simplicibus completo bene arcte. Cætera omnia quasi placentam facias, facito, coquitōque.

scriblitam sic facito.

78

scriblitam sic facito. In balteo tractes caseo, ad eundem modum facito, uti placentam sine melle.

Globulos sic facito.

79

Globos sic facito. Caseum cum alica ad eundem modum misceto. inde quantos uoles facere facito, in abenum caldum unguen indito. Singulos aut binos coquito, uersatōque crebro duabus rudibus, coctos exmito. Eos melle unguito, papauer infriato, ita ponito.

Encytum sic facito.

80

Encytum ad eundem modum facito, uti globos, nisi calicem pertusum cauum habeat. ita in unguem caldum fundito. honestum quasi spiram facito. idque duabus rudibus uorsato, præstatōque. item unguito, coloratōque, caldum ne nimium, id cum melle, aut cum mulso apponito.

D.ij.

Erneum sic facito.

81

*Erneum tanquam placentā, eadem omnia indito quae
in placentam, id permisceto in alueo. Indito in hirneam fi-
ctilem, eam demittito in aulam abeneam aquae calidæ ple-
nam. ita coquito ad ignem. Vbi coctum erit, hirneam con-
fringito, ita ponito.*

Spæritam sic facito.

82

*Spæritam sic facito, ita uti spiram, nisi sic fingito de-
tractis caseo, melle, spheras pugnum altas facito. Eas in so-
lo componito, densas eodem modo componito, atque spirā,
itemque coquito.*

Votum pro bubus.

83

*Votum pro bubus, ut ualeant, sic facito. Marti silua-
no in silua interdius, in capita singula boum uotum facito
farris adorei libras IIII. et lardi P. IIII. s. et pul-
pæ P. IIII. s. uini sextarios tres. Id in unum uas li-
ceto conijære, et uinum item in unum uas liceto conijæ-
re. Eam rem diuinam uel seruus, uel liber liæbit faciat.
Vbi res diuina facta erit, statim ibidem consumito. Mulier
ad eam rem diuinam ne adsit, néue uideat quomodo fiat.
Hoc uotum in annos singulos, si uoles, liæbit uouere.*

Sauillum sic facito.

84

*Sauillum hoc modo facito. Farinæ selibram, casei P.
II. s. una commiscero quasi libum mellis P. 2-. et ouum
unum. Catinum fictile oleo unguito. Vbi omnia bene com-
misceris, in catinum indito. Catinum texto operito. uideto
ut bene per aquas medium, ubi altissimum est. ubi coctum
erit, catinum eximoto, melle unguito, papauer infriato, sub
textum subde paulisper, postea eximoto. ita pone cum catil-
lo, et lingulis.*

Pultem punicam sic facito.

85

Pultem punicam sic coquito. Libram alicæ in aquam indito, facito uti bene madeat. Id infundito in alueum purum, eo casei recentis P. III. mellis. P.S. ouum unum, omnia una permisceto bene. Ita insipito in aulam nouam.

Graneam triticeam sic facito.

86

Graneam triticeam sic facito. Selibram tritici puri in mortarium purum indat, lauet bene, corticemque deterat bene, eluacque bene. Postea in aulam indat, et aquam puram, coquaque. Vbi coctum erit, lacte addat paulatim usque adeo, donec tremor crassus erit factus.

Amulum sic facito.

87

Amulum sic facito. siliginem purgato bene, postea in alueum indat, eo addat aquam bis in die. Die decimo aquam exscato, exurgeto bene, in alueo puro misceto bene, facito tanquam fæx fiat. Id in linteum nouum indito, exprimito tremorem in patinam nouam, aut in mortarium. id omne ita facito, et refricato denuo. Eam patinam in sole ponito, arescat. ubi arebit, in aulam nouam indito, inde facito cum lacte coquat.

Salem candidum sic facito.

88

Salem candidū sic facito. Amphorā defracto collo purā impleto aquæ puræ, in sole ponito: ibi fiscellam cū sale populari suspendito, et quassato, suppletoque. Identidem. Id aliquoties in die cotidie facito, usque adeo donec sal desuerit tabescere biduum. Id signi erit, menam aridam, uel ouum demittito: si natabit, ea muries erit. uel carnē, uel cascos, uel salsamēta quo condias. Eam muriā in labella, uel in patinas in sole ponito. Usque adeo in sole habeto, donec concreuerit. inde flos salis fiet. Vbi nubilabitur, et noctu sub tecto ponito. Quotidie, cum sol erit, in sole ponito.

D. iij.

Gallinas & anseres sic farcito.

89

Gallinas & anseres sic farcito. Gallinas teneras, quæ primum parient, cōcludat, polline, uel farina ordeacea cōspersa turundas faciat. eas in aquam intinguat, in os indat. paulatim quotidie addat. ex gula consideret, quod satis siet. Bis in die farciat, & meridie bibere dato, nec plus aqua sita siet horam unam. Eodem modo anserem alito, nisi prius dato bibere, & bis in die bis escam.

Palumbum recentem sic farcito.

90

Palumbum recentem ut prensus erit, ei fabam coctam tostam primum dato. ex ore in eius os inflato item aqua. hoc dies V I I facito. Postea fabam frescam puram, & far purum facio, & fabæ tertia pars ut inferuescat. cum far insipiat, puriter facio, & coquito bene. id ubi excoxeris deposito bene, oleo manum unguito. primum pusillum, postea magis depses, oleo tangito depositoque, dum poteris facere turundas, ex aqua dato, escam temperato.

Aream sic facio.

91

Aream sic facio. Locum ubi facies confodito, postea amurca conspergito bene, sinitoque combibat. Postea comminuto glebas bene. Deinde coæquato, & pauculis uerberato. Postea denuo amurca conspergito, sinitoque arescat. si ita feceris, neque formicæ nocebunt, neque herbæ nascentur.

Frumento ne curculio noceat.

92

Frumento ne noceat curculio, neu mures tangant, lутum de amurca facio, palearum paulum addito, sinito macerescant bene, & subigito bene, eo granariū totum oblinito crasso luto, postea conspergito, amurca omne, quod lutaueris. Vbi aruerit, eo frumentum refrigeratum condito, curculio non nocebit.

Olea si fructum non fert.

93

*Olea si fructum nō feret, ablaqueato. Postea stramen-
ta circumponito. Postea amurcam cum aqua commisceto
æquas partes. Deinde ad oleam circunfundito, ad arbo-
rem maximā urnam commixti sat est. Ad minores arbores
pro ratione mdito. Et idem hoc si facies ad arbores fera-
ces, ex quoq; meliores fient. Ad eas stramenta ne addideris.*

Fici uti grossos teneant.

94

*Fici uti grossos teneant, facito omnia, quo modo oleæ,
et hoc amplius, cum uer adpetet, terram adaggerato be-
ne. Si ita feceris, et grossi non cident, et fici scabré non
fient, et multo feraciores erunt.*

Convolvulus in vinea ne siet.

95

*Convolvulus in vinea ne siet, amurcam condito, puram
bene facito, in uas aheneū mdito congiros II. postea igni
leni coquuto, rudicula agitato crebro, usque adeo, dum fiat
tam crassum, quam mel. Postea sumito bituminis tertia-
rium, et sulfuris quartarium. Conterito in mortario seor-
sum utrunque. Postea infriato quam minutissime in a-
murcam caldam, et simul rudicula misceto, et denuo co-
quito sub dio. Nam si in tecto coquas, cum bitumen et sul-
fur additum est, excandescet. ubi erit tam crassum, quam
uiscum, finito frigescat. Hoc uitem circum caput, et sub
brachia unguito, convolvulus non nasceretur.*

Oues ne scabré fiant.

96

*Oues ne scabré fiant, amurcam condito, puram bene fa-
cito, aquam ubi lupinus deferuerit, et fæcum de uino bono
inter se omnia commiscito pariter. Postea cum detunde-
ris, unguito totas, finito biduum aut triduum consudent.
Deinde lauito in mari, si aquam marinam non habebis,
facito aquam saltam, ea lauito. si hæc sic feceris, neque*

D.iiiij.

scabré fient, et lanæ plus, et meliorem habebunt, et rici non erunt molesti. Eodem in omnes quadrupedes utto, si scabré erunt.

Amurca axem unguito.

97

Amurca decocta axem unguito, et lora, et calciamenta, et coria omnia meliora facies.

Vestimenta ne tineæ tangant.

98

Vestimenta ne tineæ tangant, amurcam decoquito ad dimidium, ea unguito fundum arcæ, et extrinsecus, et pedes, et angulos. Vbi ea adaruerit, uestimenta condito. Si ita feceris, tineæ non nocebunt. Et item ligneam supelletilem omnem si unguis, non putescat: et cum ea terferis, splendidior fieri. Item ahenea omnia unguito, sed prius extergeto bene. Postea cum unixeris, cum uti uoles, extergeto, splendidior erit, et aerugo non erit molesta.

Fici aridæ ut integræ sint.

99

Fici aridæ si uoles ut integræ sint, in uas fistile condito. id amurca decocta unguito.

Oleum si in metretam addes.

100

Oleum si in metretam nouam inditus eris, amurca ita uti est cruda prius colluito, agitatoque diu, ut bene combibat. Id si feceris, metreta oleum non bibet, et oleum melius faciet, et ipsa metreta firmior erit.

Virgas mureas uti serues,

item aliud genus.

101

Virgas mureas si uoles cum bacis seruare, et item aliud genus quod uis, et si ramulos fculneos uoles cum folijs, inter se alligato, fasciculos facito, eos in amurcam demittito, supra stet amurca facito. Sed ea quæ demissurus eris, sumito paulo acerbiora. Vas, quo condideris, oblinito plane.

si bouem aut aliam quadrupedem ser-
pens momorderit.

102

*Si bouem, aut aliam quamvis quadrupedem serpens
momorderit Melanthij cætabulum, quod medici uocant
smyrneum, conterito in uni ueteris hemina. Id per na-*
res indito, & ad ipsum morsum sterca sullum apponi-
to. Et idem hoc (si usus uenerit) homini facio.

Boues uti ualeant.

103

Boues uti ualeant, & curati bene sient, & qui fasti-
*dient cibum, uti magis cupide appetant, pabulum, quod
dabis, amurca spargito, primo paululum, dum consues-*
*cant, postea magis, & dato rarerter bibere commixtam
cum aqua æquabiliter quarto quinto quoque die. hoc
sic facies, ita boues & corpore curatores erunt, & mor-
bus aberit.*

Vinum familiæ per hiemem qui utatur.

104

Vinum familiæ per hiemem qui utatur. Musti qua-
drantalia X. in dolium indito, aceti acriis quadrantalia
*I I. Eodem infundito sapæ quadrantalia duo, aquæ dul-
cis quadrantalia L. Hæc rude miscet in die, dies V. con-
tinuos. Eo addito aquæ marinæ ueteris sextarios LXIII.*
*& operculum in dolium imponito, & oblinito dies X.
Hoc uinum durabit tibi usque ad solstitium. siquid su-
perfuerit post solstitium, acetum acerrimum, & pulcher-
rimum erit.*

Qui ager à mari aberit, ibi uinum Græ-
cum sic facio.

105

*Qui ager longe à mari aberit, ibi uinum Græcum
sic facio. Musti quadrantalia XX. in aheneū, aut plum-
beum infundito, ignem subdit. ubi bullabit uinum, ignem
subducito. ubi id uinum refrixerit, in dolium quadrage-*

narium infundito, seorsum in uas aquæ dulcis quadrantal I. infundito. salis ½ I. finito muriam fieri. ubi muria facta erit, eodem in dolium infundito. Schœnum, et calatum in pila contundito, quod siet sextarium unum eodem in dolium infundito, ut odoratum siet. Post dies XXX. dolium oblinito. Ad uer diffundito in amphoras. Biennium in sole finito positum esse. Deinde in tectum conferto. Hoc uinum deterius non erit, quam cum.

Aquæ marinæ concinnatio.

106

Aquæ marinæ quadrantal I. ex alto sumito, quo aqua dulcis non accedit, sesquilibram salis frigido, eodem indito, et rude misceto usque adeo, donec ouum gallinaceum coctum natabit, desinito miscere. Eodem uini ueteris, uel aminnij, uel miscelli albi congos I I. infundito, misceto probe. Postea in uas picatum confundito, et oblinito. Siquis plus uoles aquæ marinæ concinnare, pro portione, ea omnia facio.

Quo labra doliorum circunlinas, ut bene odorata sient, et nequid uitij in uinum accedat.

107

Sapæ congos V I. quam optime infundito in aheneum. aut in plumbeum. Et iris arida contusæ heminam, et sertam campanicam P. V. bene odoratam, unda cum iri contudas, quam minutissime per cribrum cernas, et unda cum sapæ aquas farmentis, et leui flamma commoueto. Vide-to, ne aduras. usque coquito, dum dimidium ex aquas. ubi refrixerit, confundito in uas picatum bene odoratum, et oblinito, et utito in labra doliorum.

Vinum si uoles experiri.

108

Vinum si uoles experiri duraturum sit, nec ne, polentam grandem dimidium acetabuli in caliculum nouum

indito, & uini sextarium de eo uino, quod uoles experi-
ri, eodem infundito, & imponito in carbones, facito bis,
aut ter inferueat. Tum id percolato, polentam adycito. Vi-
num ponito sub dio. Postridie mane gustato. Si id sapiet,
quod in dolio est, scito duraturum. Si subacidum erit, non
durabit.

Vinum asperum lene fieri.

109

Vinum asperum quod erit, lene & suave si uoles face-
re, sic facito. De eruo farinam facito lib. IIII. & uini cy-
athos IIII. conspergito sapa. Postea facito laterculos. Si-
nito combibant noctem & diem. postea commiseto cum
eo uino in dolio, & oblinitu dies L X. Id uinum erit lene,
& suave, & bono colere, & bene odoratum.

Odorem deteriorem demere uino.

110

Testam de tegula crassam puram calfacto in igni be-
ne. Vbi calebit, eam picato, resticula alligato, testam demit-
tito in dolium infimum leniter, finito biduum oblitum do-
lium: si demptus erit odor deterior, id optime, si non, fæ-
pius facito, usque dum odorem malum dempseris.

Si uoles scire uinum aquam habeat, nec ne.

Si uoles scire in uinum aqua addita sit, nec ne, uascu-
lum facito de materia ederacea. Vinum id, quod putabis
aquam habere, eodem mittito. Si habebit aquam, uinum
effluet, aqua manebit. Nam non continet uinum uas ede-
raceum.

Vinum cum si uoles facere.

112

Vinum cum si uoles facere, aquam ex alto marinam
sumito, mari tranquillo, cum uentus non erit, dies L X X
ante uindemiam, quo aqua dulcis non perueniet. Vbi ha-
seris de mari, in dolium fundito, nolito implere, quadran-
talibus V minus sit, quam plenum. operculum imponi-

M. C A T O

to, relinquito qua interspiret. ubi dies XX X præterierint, transfundito in alterum dolium puriter, et leuiter. relinquito in imo quod desederit. post dies XX in alterum dolium item transfundito, ita relinquito usque ad uindemiam. Vnde uinum cum facere uoles, unas relinquito in uinea, finito bene coquantur. et ubi pluerit, et si cauerit, tum deligit. et ponito in sole biduum, aut triduum sub dio, si pluuiæ non erunt. si pluuiæ erit in tecto in cratibus componito, et si qua acina corrupta erunt, depurgato. Tum sumito aquam marinam Q. S. S. E. in dolium quinquagenarium infundito aquæ marinæ Q. X. Tum acina de uinis miscellis decerpito, de scolio, in idem dolium usque dum impleueris, manu comprimito, ut combibant aquam marinam, ubi impleueris dolium, operculo operito, relinquito qua interspiret. Vbi triduum prætererit, exmito de dolio, calcato in torculario, et id uinum condito in dolia lauta, et pura, et siccata. Ut odoratum bene siet sic facito: sumito testem picatam: eo prunam lenem indito suffito, ferta, et schœno, et palma, quam habent unguentarij, ponito in dolio, et operito, ne odor exeat, ante quam uinum indas. Hoc facito pridie quam uinum infundere uoles, de lacu quamprimum uinum in dolia indito, finito dies X V operta ante quam oblinias, relinquito qua interspiret uinum. postea oblinito. Post dies XL. diffundito in amphoras, et addito in singulas amphoras sapæ sextarium unum. Amphoras nolito implere nimium ansarum infimarum fini. et amphoras in sole ponito, ubi herba non siet. et amphoras operito, ne aqua accedat, et ne plus quatriduum in sole fueris. Post quatriduum in culleum componito, et instipato.

Vinum si uoles concinnare ut aluum bonam faciat. 114

Vinum si uoles concinnare, ut aluum bonam faciat, secundum uindemiam, ubi uites ablaqueantur, quantum putabis ei rei satis esse uini, tot uites ablaqueatu, et signato. earum radices circunsecato, et purgato. Veratri radices contundito in pila, eas radices dato circum uitem. et stercus uetus, et cinerem ueterem, et duas partes terrae circundato radices uitis. terram insuper injicio. Hoc uinum seorsum legito. Si uoles seruare in uetus statem, ad aluum mouendam seruato, nec commiseras cum cætero uino. De eo uino cyathum sumito, et misceo aqua, et bibito ante cœnam. Sine periculo aluum mouebit.

In uinum mustum ueratri atri.

In uinum mustum ueratri atri manipulum coniçito in amphoram. ubi satis efferuerit, de uino manipulum ejicio, id uinum seruato ad aluum mouendam.

Vinum ad aluum mouendam. 115

Vinum ad aluum mouendam concinare si uoles: uites cum ablaqueabuntur, signato rubrica, ne admisceras cum cætero uino. Treis fasciculos uerari atri circumponito circum radices, et terram insuper injicio. Per uindemiam de ijs uitibus, quod delegeris, seorsum seruato, cyathum in cæteram potionem indito, aluum mouebit, et postridie perpurgabit sine periculo.

Lentim quomodo serues. 116

Lentim quomodo seruari oporteat. Laserpitium aceto diluito, permisceto lentim aceto laserpitiato, et ponito in sole. Postea lentim oleo perfriato, finito arescat, ita integra seruabitur recte.

Oleæ albæ quomodo condiantur.

117

Oleæ albæ quemadmodum condiantur. Ante quam nigræ fiant contundantur, & in aquam deijciantur, crebro aquam mutet. Deinde ubi satis maceratae erunt, exprimat, & in acetum conijciat, & oleum addat, salis selenitram. in modium olearum fœniculum, & lentiscaum seorsum condat in acetum. Si unâ admiscere uoles, cito utitor, in orculam calcato manibus ficitis. cum uti uoles, sumito.

Oleam albam secundum uindemiam
quam utaris.

118

Oleam albam quam secundum uindemiam uti uoles, sic condito. Musti tantudem addito, quantum aceti. Cætera item condito ita, uti supra scriptum est.

Epityrum album, nigrum, uarium quemadmodum ex oliuis facias.

Epityrum album, nigrum, uariumque sic facio. Ex oleis albis, nigris uarijsque nucleos ejacito. Sic condito. Considero ipsas. addito oleum, acetum, coriandrum, cuminum, fœniculum, rutam, mentam. in orculam condito, oleum supra siet, ita utitor.

Mustum si uoles totum annum habere.

120

Mustum si uoles totum annum habere, in amphoram mustum indito, & corticem oppicato, demittito in piscinam, post XX. diem eximito, totum annum mustum erit.

Mustaceos sic facio.

121

Mustaceos sic facio, Farinæ filagineæ modium unum musto conspergito. Anisum, cuminum, adipis P. II. casei libram, & de uirga lauri deradito, eodem addito. Et ubi definxeris, lauri folia subtus addito, cum coques.

Vinum concinnare ad lotium.

122

Vinum concinnare, si lotium difficilius transibit. Capreidam, uel iuniperum contundito in pila, libram indito in duobus congijs uini ueteris in vase aheneo, uel in plumbeo deferuefacto. ubi refixerit, in lagoenam indito, id mane iejunus cyathum sumito, proderit.

Vinum ad ischiacos concinnare.

123

Vinum ad ischiacos sic facito. De iunipero materiam semipedem crassam concidito minutim. Eam inferuefacto cum congo uini ueteris: ubi refixerit, in lagoenam confundito: et postea id utito. uini cyathum mane iejunus, proderit.

Vt canes interdiu conclusos habeas.

124

Canes interdiu clausos esse oportet, ut noctu acriores et vigilantiores sint.

Vinum mурteum q.a.m. facere debeas.

125

Vinum mурteum sic facito: Murtam nigram arfacto in umbra. ubi iam passa erit, seruato ad uindemiam, in urnam musti contundito murtæ semodium, id oblinito. ubi desuerit feruere mustum, murtam eximoto. Id est ad aluum crudam, et ad lateris dolorem, et ad cæliacum.

Ad tormina et si aliuis non consistat.

126

Ad tormina, et si aliuis non consistet, et si tineæ, et lumbrici molesti erunt, XX X mala punica acerba sumito, contundito, indito in uræum, et uini nigri austri congiros tres: uas oblinito, post dies XXX. aperito, et utito: iejunus heminam bibito.

Ad dyspepsiam et stranguriam.

127

Ad dyspepsiam, et stranguriam mederi malum punicum ubi florebit, colligit. Tris mindas in amphoram infundito. uini Q. I. ueteris addito, et fæniculi radicæ pu-

ram contusam minā. Oblinito amphorā, et post dies XXX
aperito et utitor. ubi uoles abum concoquere, et lotium
facere, hinc bibito quantum uoles sine periculo. Idem ui-
num tinias perpurgat, et lumbricos, si sic concinnes. In-
cœnatum iube esse, postridie thuris drachmam I conteri-
to, et mel coctum drachmam unam, et uini sextarium
origaniti, dato ieuno, et puero pro ætate triobolum, et
uini heminam. Supra pilam inscendat, et saliat decies,
et deambulet.

Habitationem delutare.

128

Si habitationem delutare uis, terrā quam maxime cre-
tosam, uel rubricosam sumitū, eo amurcam infundito, pa-
leas indito. finito quadriduum fræscat. ubi bene fracie-
rit, rutro concidito. ubi concideris, delutato. Ita neque asper-
go nocebit, neque mures caua faciant, neque herba nasce-
tur, neque lutamenta scindent se.

Area quomodo fiat.

129

Aream ubi frumentum teratur, sic facio: Confodiatur
minute terra, amurca bene conspergatur, ut combibat
quamplurimum. comminuito terram, et cylindro aut pa-
uicula coæquato. ubi coæquata erit, neque formicæ mole-
stæ erunt, et cum pluerit lutum non erit.

Ut ligna amurca spargantur.

130

Codicillos, oleaginos, et cætera ligna amurca cruda
perspergit, et in sole ponito, perbibant bene. Ita neque
fumosa erunt, et ardebunt bene.

Piro florente dapem pro bubus fieri.

131

Dapem pro bubus piro florente facio. Postea uerno
arare incipito. Ea loca primum arato quæ rudeata arenos-
saque erunt. Postea uti quæque grauissima atque aquosissi-
ma erunt, ita postremo arato.

Dapem quomodo facias.

132

Dapem hoc modo fieri oportet. Ioui dapali culignam uini quantum uis polluceto. Eo die feriae bubus & bubulis, et qui dapem facient. Cum polluere oportebit, sic facies. Iupiter dapalis, quod tibi fieri oportet, in domo familia mea culignam uini dapi eius rei ergo. Macte hac illace dape polluenda esto. Manus interluto. Postea uinum sumito. Iupiter dapalis, macte istace dape polluenda esto. Macte uino inferiori esto. Vestae si uoles dato. daps Ioui assaria pecuina urna uini Ioui caste. Profanato sine contagione. Postea dape facta serito milium, pani-
cum, alium, lentim.

Propagatio pomorum.

133

Propagatio pomorum, cæterarumque arborum. Arboribus ab terra pulli, qui nati erunt, eos in terram deprimito, extollito uti radicem capere possint. Inde ubi tempus erit, effodito, seritique recte. Ficum, oleam, malum punicum, mala struthed, cotonea, aliisque mala omnia, laurum cypriam, delphicam, prunum, myrtum coniugulum, et myrtum album & nigrum, nuces auellanas, prenestinas, platanum, haec omnia genera à capitibus propagari eximique ad hunc modum oportebit. Quæ diligenterius seri uoles, in calicibus seri oportet. In arboribus radices uti capiat, calicem pertusum sumito tibi, aut quasillum, per eum ramulum transferito, eum quasillum terra impleto calcatoque, in arborem relinquito. Vbi bimum erit, ramum tenerum infra præcidito, cum quasillo serito. Eo modo quod uis genus arborum facere poteris, uti radices bene habeant. Item uitem in quasillum propaga-
to, terraque bene operito, anno post præcidito, cum qua lo serito.

E.i.

Antequam messem incipias, ut porcam præcidaneam facias.

134

Priusquam messim facies, porcam præcidaneam hoc modo fieri oportet. Cereri porca præcidanea, porco fœmina, priusquam hasc fruges condantur, far, triticum, ordeum, fabam, semen rapicum, thure, uino, Iano, Ioui, Iunoni præfato. Priusquam porcum fœminam immolabis, Iano struem commoueto sic: Iane pater, te hac strue commouenda bonas preces precor, uti sies uolens propitius mihi, liberisque meis, domo, familiæque meæ. Ferētum Ioui moueto et mactato sic: Iupiter te hoc ferēto obmouendo bonas preces precor, uti sies uolens propitius mihi liberisque meis, domo familiæque meæ mactus hoc ferēto. Postea Iano uinum dato sic: Iane pater, uti te strue commouenda bonas preces bene precatus sum, eiusdē rei ergō macte uino inferiori esto. Postea Ioui sic: Iupiter macte ferēto esto, macte uino inferiori esto. Postea porcam præcidaneā immolato. Vbi exta prosecta erūt, Iano struem commoueto, mactatoque item uti prius obmoueris. Ioui ferētu obmoueto, mactatoq; item uti prius feceras. Item Iano uinum dato, et Ioui uinum dato, ita uti prius datū ob struem obmouendam, et ferētum libandum. postea Cereri exta, et uinum dato.

Quemadmodum tunicas, cæterasque res et ubi emas.

135

Romæ tunicas, togas, sagæ, centones, sculponeas: Calibus, et Minturnis, cuculliones, ferramenta, falces, palas, ligones, secures, ornamenta, murices, catellas: Venafro, palas: Suessæ, et in Lucanis plostra, treblæ albæ: Romæ dolia, labra: tegulæ ex Venafro. Aratæ in terram ualidâ romanica bondae sunt, in terram pullam campanica, iuga romana optima erunt. Vomis indutilis optimus erit. Tra-

peti Pōpeijs. Nolæ ad Rufri maceriam claves. Clostra Romæ. Hamæ, urnæ oleariæ, urcei aquarij, urnæ uinariæ, alia uasa ahenea Capuæ. Nolæ fiscinæ campanicæ. Hæ hamæ utiles sunt. Funis subductarius, spartum omne Capuæ. Fiscinas romanicas suessæ, Casino. Eæ optimæ erunt Romæ, funem torculū si quis faciet Casini L. Tūnius. Venafri C. Mēnius L. F. eò indere oportet coria bona VIIII nostratia recentia quæ dep̄sta sient, quam minimum salis habeāt, ea dep̄sere & unguere unguine prius oportet, tum siare. Funē exordiri oportet lōgum pedes LXIII. toros IIII. habeat lora in toros singulos IX, lata digitos II. Cum tortus erit longus pedes XLIX. In commisura abibunt pedes IIII, reliquum erit pedes XLVI. Vbi extentus erit, accedent P. V. longus erit P. LI. Funem torculum extentum longum esse oportet pedes LV, maximis uasis: minoribus pedes LI. Funem loreum in plostrum iustum pedes LX. semifunium pedes XLV. lora retinacula in plostrum ped. XXVI, ad aratrum ped. XXVI. lora præductoria ped. XXVI I.S. subiugia in lustrū lora ped. XI. funiculum P.XV. in aratrū subiugia lora P. XII. funiculum ped. IIX. Trapetos latos maximos ped. IIII I.S. orbis altos ped. IIII. S. orbis medios ex lapicidinis cum eximet crassos pedem, & palmū inter miliarium, & labrū ped. II. digitos II. labra crassa digitum. Secundarium trapetum latum ped. IIII. & palnum inter miliarium, & labrum pes unus, digitus unus, labra crassa digitos V. orbes altos ped. IIII. & digitos V. crassos ped. I, & digitos IIII. Foramen in orbes semiped. quoquo uersum facito. Tertium trapetum latum ped. IIII. inter miliarium, & labrum ped. I. labrū dig. V. orbis altus ped. IIII. digitos IIII, crassos ped. I. digitos

E.ij.

II. Trapelum ubi aruectum erit, ubi statues, ibi e^T com-
modato, concinnatoque.

Positionem quo pacto dari oporteat. 136

In agro Casinatæ, e^T Venafro in loco bono parte octa-
ua corbi diuidat, satis bona septima, tertio loco sexta, si gra-
num medio diuidet, parti quinta in Venafro ager optimus
IX. parti corbi diuidat. Si communiter pisunt, qua ex par-
te politori pars est, eam partem in pistrinum politor or-
deum quinta modio fabam quinta modio diuidat.

Vineam redemptori partiario ut des. 137

Vineam curandam partiario, bene curet fundum, ar-
bustum, agrum frumentarium. Partiario foenum, e^T pa-
bulum, quod bubus satis siet, qui illic sient. Cætera om-
nia pro mudiuiso.

Vt boves ferijs iungere tibi licet. 138

Boves ferijs coniungere licet. Hoc licet facere, aruehæt
ligna, fabalia, frumentum quod non daturus erit. Mulis,
equis, asinis feriæ nullæ, nisi si in familia sunt.

Quemadmodum lucum conlucare debeas. 139

Lucum colucare Romano more sic oportet. Porco pi-
aculo facito. Sic uerba concipito: Si deus, si dea es, quoium
illud sacrum est, uti tibi ius siet porco piaculo facere, il-
lius^æ sacri coercendi ergo[^]. Harum^æ rerum ergo[^], siue ego
siue quis iussu meo fecerit, uti id recte factum siet. Eius rei
ergo[^] te hoc porco piaculo immolando bonas preces pre-
cor, uti sies uolens propitius mihi, domo, familiæque meæ,
liberisque meis. Harum^æ rerum ergo[^] macte hoc porco pi-
aculo immolando esto.

Si fodere uoles altero piaculo quid facere
debeas.

Si fodere uelis altero piaculo eodem modo facito, hoc 140

amplius dico, operis faciundi causa: cum opus, quotidie per partes facito. si intermiseras, aut feriae publicæ, aut familiares intercesserint, altero piaculo facito.

Si agrum lustrare uis quid facere debeas. 141

Agrum lustrare sic oportet. Impera suouitaurilia circumagi cum diuis uolentibus, quodque bene eueniat mando tibi Mani, uti illæ suouitaurilia fundum, agrum, terramque meam quota ex parte siue circumagi, siue circumferenda censeas, uti cures lustrare. Ianum, Iouemque ui no præfamino, sic dico: Mars pater te precor, quæsique uti sies uolens propitius mihi, domo, familiæque nostræ, quoius rei ergo agrum, terram, fundumque meum suouitauralia circumagi iussi. uti tu morbos uisos, inuisosque, uiduertatem, uastitudinemque, calamitates, intemperiasque prohibeassis, defendas, auerruncasque. utique tu fruges, frumenta, uineta, uirgultaque grandire, beneq; euenire sinas. pastores, pecuaque salua seruassis, duisq; bonam salutem ualeitudinemque mihi, domo, familiæque nostræ. Harunæ rerum ergo fundi, terræ agrique mei lustrandi, lustrique faciendi ergo sicuti dixi macte hisce suouitaurilibus lactentibus immolandis esto. Mars pater eiusdem rei ergo, macte hisce suouitaurilibus lactentibus esto. Item cultro facito struem, et fertum uti adsiet. Inde obmoueto. Vbi porcum immolabis, agnum, uitulumque sic oportet. Eiusque rei ergo macte hisce suouitaurilibus immolandis esto nominare uetat Martem, neque agnū, uitulumque. Si minus in omnes litabit, sic uerba concipito: Mars pater, si quid tibi in illicce suouitaurilibus lactentibus, neque satis factum est, te hisce suouitaurilibus piaculo. si uno, duobusue dubitaue rit, sic uerba concipito: Mars pater, quod tibi illuc porco, neque satis factum est, te hoc porco piaculo.

E.ij.

vili*c* officia.

142

Vili*c* officia quæ sunt, quæ dominus præcipit, ea omnia quæ in fundo fieri oportet, quæque emi parari que oportet, quomodoque cibaria, uestimenta familiæ dari oportet, eadem uti curet, faciatque moneo, dominoque dicto audiens sit. Hoc amplius, quomodo vili*c* am*u*ti oportet, et quomodo eæ imperari oportet, uti aduentu domini, quæ opus sunt, parentur, currenturque diligenter.

vili*c* officia.

143

Vili*c* quæ sunt officia, curato faciat. Sieam tibi dederit dominus uxorem, ea esto contentus. Ea te metuat. Facito ne nimium luxuriosa siet. Vicinas, aliásque mulieres quā minimum utatur. Nēue domum, nēue ad se recipiat. ad cœnam nequò eat, nēue ambulatrix siet. rem diuinam ni faciat, nēue mandet, qui pro ea faciat iniussu domini, aut dominæ. Scito domum pro tota familia rem diuinam facere. Munda siet. villam conuersam, mundamque habeat. Focum purum circumversum quotidie, priusquam cubitum eat, habeat. Kalendis, Idibus, Nonis festus dies cum erit, coronam in focum indat. Per eosdémque dies Larí familiari pro copia supplacet. Cibum tibi, et familiæ curer, uti coctum habeat. Gallinas multas, et ona uti habeat. Pira arida, sorba, ficos, uvas passas, sorba in sapo, et pira, et uvas in dolij*s*, et mala struthed*a*. Uvas in uinaceis, et in urceis, in terra obrutas. Et nuces prenæstinas recentes in urceo in terra obrutas habeat. Mala scantiana in dolij*s*, et alia quæ condi solent, et siluaticæ. Hæc omnia quotannis diligenter uti condita habeat. Farinam bonam, et far subtile sciat facere.

Lex oleæ legendæ.

Oleam legendam hoc modo locare oportet. Olea cog-

144

recte omnem arbitratu domini, aut quem custodem fecerit, aut cui olea uenierit. Oleam ne stringito, neue uerberato iniussu domini aut custodis. Si aduersus ea quis fecerit, quod ipse eo die delegerit, pro eo nemo soluet, neque debebitur. Oleam qui legerint, omnes iuranto ad dominum, aut ad custodem, se se oleam non surripuisse, neque quenquam suo dolo malo ea oleitate ex fundo L. Manlij. Qui eorum non ita iurauerit, quod is legerit omne, pro eo argentum nemo dabit, neque debebitur, oleam cogi recte, satis dato arbitratu L. Manlij. Scalæ ita uti datæ erunt, ita reddito, nisi quæ uetus state fractæ erunt. Si non erunt, reddet æquas, aut arbitratu deducetur. Siquid redemptoris opera domino damni datum erit, resolutio. Id uiri boni arbitratu deducetur. Legulos quot opus erunt, præbeto, et strictores. Si non præbuerit, quanti conductum erit, aut locatum erit, deducetur, tanto minus debebitur. De fundo ligna et oleam ne deportato. Qui oleam legerit, qui deportarit, in singulas deportationes ss. N. I I. deducentur, neque id debebitur. Omnem oleam puram metietur. Modio oleario assiduos homines quinquaginta præbeto, duas partes strictorum præbeto. Ne quis concidat, quo olea legunda et facienda carius locetur. Extra quam si quem socium impræsentiarum dixerit, si quis aduersum ea fecerit, si dominus aut custos uolent, iurent omnes socij. Si non ita iurauerint, pro ea olea legunda, et facienda nemo dabit, neque debebitur ei, qui non ita iurauerit. Accessiones in m° 80 C.C. accedit oleæ falsæ in V. olei puri P. I X in tota oleitate ss. V. acti quadrantalia V. Quod oleæ falsæ non acceperint, dum oleam legent, in modios singulos ss. S. S. dabuntur.

E.iiij.

Lex oleæ faciundæ.

145

Oleam faciundam hac lege oportet locare . Facito re-
cte arbitratu domini, aut custodis. Qui id negotium cura-
bit si sex iugis uasis opus erit, facito. Homines eos dato, qui
plaebunt aut custodi, aut quis eam oleam emerit. Trape-
ti facito. Si operarij conducti erunt, aut facienda locata e-
rit, pro eo resolutio, aut deducetur. Oleum ne tangito uten-
di causa, neque furandi causa, nisi quod custos dederit, aut
dominus. Si sumperit, in singulas sumpsiones ss. N. X L.
deducentur, neque debebitur. Factores, qui oleum fecerint,
omnes iurato aut ad dominum , aut ad custodem, sese de
fundo L. Manlij , neque alium quenquam suo dolo malo,
oleum, neque oleam surripuisse. Quieorum non ita iura-
uerit, quæ eius pars erit omne deducetur , neque debebi-
tur. Socium nequem habeto , nisi quem dominus iusserit,
aut custos. Siquid redēptoris opera domino damni datum
erit, uiri boni arbitratu deducetur . Si uiride oleum opus
siet, facito accedere oleum, et sal suæ usioni, quod satis si-
et, uasarium uict. I I.

Lex oleæ pendentis.

146

Oleam pendentem hac lege uenire oportet. Olea pen-
dens in fundo Venafro uenibit. Qui oleam emerit, am-
plius quam quanti emerit: omnis pecuniae centesima acce-
det. Præconium præsens ss, L. et oleum romanici pon-
do 8 D. turidis P. C C. oleæ cadiucæ ^m L. strictiæ ^o X.
Modio oleario mensum dato unguinis pondo X. Ponderi-
bus, modij' que domini dato iri primæ cotulas duas. Dies
argento ex K. nou. mensiū X. oleæ legendæ faciundæ quæq;
locata est, et si emptor locarit Idibus soluito . Recte hæc
dari, fieriq; satisque dari domino, aut cui iusserit, promit-
tito, satisque dato arbitratu domini. Donicum solutū erit,

aut ita satis datum erit, quæ in fundo illata erunt, pigneri sunt. Nequid eorum de fundo deportato. Si quid deportauerit, domini esto. Vasa, torcula, funes, scalas, trapetos, si quid et aliud datum erit, salua recte reddito, nisi quæ ueritate fracta erunt. Si non reddet, æquum soluio. Si emptor legulis et factoribus qui illic opus fecerint, non soluerit, cui dari oportebit, si dominus uolet, soluat. Emptor domino debeto, et id satisfato, proque ea re ita, uti S.S.E. item pigneri sunt.

Lex uini pendentis.

147

Hac lege uinum pendens uenire oportet. Vinaceos illatos, et fæcum relinquito. Locus uinis ad K. Octob. primas dabitur. si non ante ea exportaueris, dominus uino, quid uolet, faciet. Cætera lex quæ oleæ pendent.

Lex uino in dolijs.

148

Vinum in dolijs hoc modo uenire oportet. Vini in culleos singulos quadragenæ, et singulæ urnæ dabuntur, quod neque aœat, neque muœat. Id dabitur in triduo proximo, uiri boni arbitratu degustato. Si non ita fecerit, uinum pro degustato erit. Quot dies per dominū mora fuerit, quo minus uinum degustet, totidem dies emptori procedet. Vinum accipito ante K. Ian. primas. Si non ante accipit, dominus unum admetietur. Quod ad mensum erit, pro eo dominus resoluito. Si emptor postularit, dominus iusurandum dabit, uerū fecisse. Locus uinis ad K. Octobres primas dabitur. Si ante non deportauerit, dominus uino quid uolet faciet. Cætera lex quæ oleæ pendent.

Lex pabulo.

149

Qua lege pabulum hybernum uenire oporteat. Qua uendas finis dicitur. Pabulum frui octipito ex Kalend. Septembribus. prato siaco decedat, ubi prius florere cœpe-

rit. prato irriguo, ubi super inferque uicinus permittet, tum deædito, uel diem certam utriusque facio. Cætero pabulo Kalēd. Martijs cedito. Bubus domitis bimis canterio uni, cum emptor pascet, domino pascere recipitur. Oleris, asparagis, lignis, aqua, itinere, actu domini iusioni recipitur. Siquid emptor, aut pastores, aut pecus, emptoris domino damni dederit, boni uiri arbitratu resoluat. Siquid dominus, aut familia, aut pecus emptori damni dederit, uiri boni arbitratu resoluetur. donicum pecuniam satisfecerit, aut delegarit, pecus et familia, quæ illic erit, pigneri sunt. Siquid de ijs rebus controversiæ erit, Romæ iudicium fiat.

Fructus ouium qua lege ueniat.

150

Fructum ouium hac lege uenire oportet. In singulas casei P.I.S. dimidium aridum, lacte ferijs quod mulseris dimidium et præterea laetis urnam I. Hisce legibus agnus die et noctem qui uixerit, in fructum, et Kal. Iun. emptor fructu decedat. Si interkalatum erit K. Maijs agnos XXX, ne amplius promittat. Oues quæ non peperint, binæ pro singulis in fructu cedent. Die lanam, et agnos uendat. Menses X, ab coactore relegate porcos serrios. In oves denas singulos pascat. Conductor II. mens pastorem præbeat, donec domino satisfecerit, aut soluerit, pigneri esto.

Cupressum quomodo seras.

151

Semen cupressi quando legi, seri, propagari que oportet, et quo pacto cupresseta seri oporteat Manius Perennius Nolanus ad hunc modum monstrauit. Semen cupressi tarentinæ per uer legi oportet: materiem ubi hordeum flavescit. id ubi legeris in sole ponito, semen purgato, id aridum condito: uti aridum expositum siet, per uer

serito in loco ubi terra tenuerrima erit, quam pullam uocant, ubi aqua propter siet. eum locum stercoreato primum bene stercore caprino, aut ouillo. tum uortito bipalio, terrā cū stercore bene permisceto, depurgato ab herba graminis būsque. Bene terram comminuito, areas facito pedes latas quaternos: subcauas facito, uti aquam continere possint. inter eas sulcos facito, qua herbas de areis purgare possis. ubi areæ factæ erunt, semen serito crebrum, ita uti linum seri solet. eo cribro terram mærnito, dimidiatum digitum terram altam succernito. id bene tabula, aut manibus, aut pedibus complanato. Si quando non pluet, uti terra sitiat, aquam irrigato leniter in areas. Si non habebis unde irriges, gerito, inditōque leniter. Quotiescumque opus erit, facito uti aquam addas. si herbæ natæ erunt, facito uti ab herbis purges quam tenuerrimis herbis, et quoties opus erit purges per æstatem, ita uti dictum est, fieri oportet, et ubi semen satum siet, stramentis operiri oportet, ubi germen nascere cœperit, tum demi.

De scopis uirgeis.

152

Q. A. M. Manlii monstrauerunt, in diebus XXX, quibus unum legeris, aliquoties facito scopas uirgeas ulmeas aridas, in asperculo alligato, eabus latera dolijs intrinsecus usque bene perfricato, ne fæx in lateribus adhærescat.

De uino facato.

153

Vinum facatum sic facito. Fiscinas olearias campanicas duas illæ rei habeto. eas facis impleto, sub prelumque subdito, exprimitoque.

Vinum emporibus quomodo admetiaris.

154

Vinum emporibus sine molestia quomodo admetiaris. Labrum culeare illæ rei facito. id habeat ad summum

ansas IIII. uti transferri possit. id imum pertundito. Ea fistulā subdito uti obturarier recte possit. et ad summum, qua fini culleum capiet, pertundito. id in suggestu inter dolia positum habeto. uti in culleum, de quo uinum salire possit. id impleto. postea obturato.

Per hiemem aquam de agro depellere.

155

Per hiemem aquam de agro depelli oportet. In monte fossas inciles puras habere oportet. Prima autumnitate cum puluis est, tum maxime ab aqua periculum est. Cum pluere incipiet, familiam cum ferreis, sarculisque exire oportet, incilia aperire, aquam diducere in vias, et segetem curare oportet, uti fluat. In villa cum pluet, circumire oportet, sicubi perfluat, et signare carbone, cum desierit pluere, uti tegula mutetur. Per segetem in frumentis, aut in segete, aut in fossis sicubi aqua constat, aut aliquid aquae obstat: id emittere, patefieri, remouerique oportet.

Brassica quot medicamenta in se habeat.

156

e brassica quod concoquit. Brassica est, quæ omnibus oleribus antistat. eam esto uel coctam, uel crudam. crudam si edes, in acetum intingito, mirifice concoquit, alium bonam facit, lotiumque ad omnes res salubre est. Si uoles in conuiuio multum bibere, cœnareque libenter, ante cœnam esto crudam quantum uoles ex aceto. et item, ubi cœnaueris, comesto aliqua v. folia, reddent te quasi nihil ederis, biberisque, bibesque quantum uoles. Aluum si uoles deijcere superiorem, sumito brassicæ quæ levissima erit, P. III. Inde facito manipulos æquales tres, colligatoque. postea ollam statuito cum aqua. ubi occipiet fenuere, paulisper dimittito unum manipulum, fenuere desistet. Postea ubi occipiet fenuere, paulisper dimittito usque

admodum dum quinques quinque numeres. tum eximito. Item facito alterum manipulum, item tertium, postea conijato et contundito, item eximito, in linteum exugato suum, quasi heminam, in pocillum fictile. Eò indito salis micam quasi eruum, et cumini fricti tantum quod oleat. Postea ponito pocillum in sereno noctu. qui poturus erit, lauet calida, bibat aquam mulsam, cubet incœnatus. Postea mane bibat sucum, deambulétque horas IIII. agat, negotijs si quid habebit. Vbi libido ueniet nauſeæ, eumque apprehendet, decumbat, purgétque ſeſe. Tantum bilis, pituitæque ejciet, uti ipſe miretur, unde tantum ſiet. Postea ubi deorsum uersus ibit, heminam, aut paulo plus bibat. Si amplius ibit, sumito farinæ minutæ conchas duas, infriet in aquam, paulum bibat, coſiftet. Verum quibus tormina moleſta erunt, brassicam in aquam macerare oportet. ubi macerata erit, conijato in aquam calidam, coquito uſque donec ea commadebit bene. aquam defundito. postea ſalem addito, et cumini paululum, et pollinem polentæ, eodem addito et oleum, postea ferueſacito. Infundito in catinum, uti frigescat. eo interito. quod uollet, cibi postea edit. sed si poterit ſolam brassicam eſſe, edit. Et si ſine febre erit, dato uini atriduri. Aquæ tum bibat quam minima. Si febris erit, aquam. Id facito quotidie mane. Nolito multum dare, ne pertædeſcat, uti poſſit porrò libenter eſſe. Ad eundem modum uiro et mulieri, et pueru dato. Nunc de illis quibus ægrè lotium it, quibusque ſubſtillum eſt. sumito brassicam, conijato in aquam feruentem, coquito paulisper, uti ſubcruda ſiet. postea aquam defundito non omnem. eò addito oleum bene, et ſalem, et cumini paululum. inferueſacito paulisper, postea inde iuſculum frigidum ſorbere, et ipsam brassi-

cam esse oportet, uti quamprimum excoquat. quotidie id
 157 facito. De brassica pythagorea quid in ea boni sit, sa-
 lubritatisque. Principium te cognoscere oportet, quæ gene-
 ra brassicæ sint, et cuiusmodi naturam habeant omnia.
 Ad salutem temperat, commutatque sese semper cum ca-
 lone, arido, simul humido, et dulci, et amaro, et acri. Sed
 * quæ uocatur septem bona in commixturā, natura omnia
 hæc habet brassica. Nunc uti cognoscas naturam earum,
 prima est, leuis quæ nominatur. ea est grandis, latis folijs,
 caule magno: ualidam habet naturam, et uim magnam
 habet. Altera est crispa, apiacon uocatur. hæc est natura
 et aspectu bona ad curationem: ualidior est, quam quæ
 suprascripta est. Item est tertia, quæ lenis uocatur, minu-
 tis caulis, tenera, et acerrima omnium est istarum, te-
 nui suco uehementissima. Et primum scito, de omnibus
 brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior. Ad omnia
 uulnera, tumores eā contritam imponito. Hæc omnia ul-
 cera purgabit, sanaque faciet sine dolore. Eadem tumida
 concoquit. eadem erumpit. eadem uulnera putida, cance-
 résque purgabit, sanosq; faciet, quod medicamentum aliud
 facere non potest. Verum prius quam id imponas, aqua
 calida multa lauato. Postea bis in die contritam imponi-
 to. Ea omnem putorem adimet. cancer ater, is olet, et sa-
 niem spurcam muttit. albus purulentus est. sed fistulosus,
 subtus suppurrat sub carne. In ea uulnera huiuscmodi te-
 ras brassicam, sanum faciet. optima est ad huiuscmodi uul-
 nus. Et luxatum siquod est, bis die aqua calida foueto,
 brassicam tritam opponito, cito sanum faciet. si bis die ap-
 ponitur, dolores auferet: et siquid contusum est, erum-
 pet. si brassicam tritam apposueris, et sanum faciet: et
 siquid in mammis ulceris natum, et carcinoma, brassi-

eam tritam opponito, sanum faciet. Et si ulcus acrimoniam eius ferre non poterit, farinam hordeacæm misceto, ita opponito. Huiuscemodi ulcera omnia hæc sana faciet: quod aliud medicamentum facere non potest, neque purgare. Et puer, et puellæ si ulcus erit huiuscemodi, farinam hordeacæm addito. Et si uoles eam consectam, lattam, siaciam, sale, aceto sparsam esse, salubrius nihil erit. Quo libentius edas, aceto mulso spargito, mentam siaciam, et rutam coriandrum sectam, sale sparsam paulo libentius edes. Id bene faciet, et mali nihil sinet in corpore consistere, et aluum bonam faciet. Siquid antea mali intus erit, omnia sana faciet. De capite, et de oculis omnia deducet, et sanum faciet. Hæc mane esse oportet ieenum. Et si bilis atra est, et si lienes turgent, et si cordolet, et si iecur, aut pulmones, aut præcordia, uno uerbo omnia sana faciet, intro quæ dolitabunt. eodem filphium intradito, bonum est. nam uenæ omnes, ubi sufflatæ sunt ex cibo, non possunt perspirare in toto corpore, inde aliqui morbus nascitur. ubi ex multo cibo aliis non it, proportione brassica si uteris (id ut te moneo) nihil istorum usus ueniet morbis. Verum morbum articularium nulla res tantum purgat, quantum brassica cruda, si eam edes cum ruta et coriandro concisam. sic et laserpitium in rasum cum brassica ex aceto oxymelli, et sale sparsa. Hac si utes, omnes articulos poteris experiri. Nullus sumptus est: et si sumptus esset, tamen ualeitudinis causa experirer. hanc oportet mane ieenum esse. Omnis qui insomniosus est, hac eadem curatione sanum facies. Verum assam brassicam, et unctam caldam salis paulum dato homini ieuno. Quamplurimam ederit, tam citissime sanus fiet ex eo morbo. Tormina quibus molesta erunt, sic facito: Bras-

M. C A T O

sicam macerato bene, postea in aulam coniuncto, deferue-
 facito bene. ubi cocta erit bene, a quam defundito. eo ad-
 dito oleum bene, et salis paululum, et cuminum, et pol-
 linem polentæ. Postea ferue bene facito. ubi feruerit, in ca-
 tinum indito. Dato edat, si poterit, sine pane. si non, pa-
 nis parum ibidem madefaciat. Et si febris non habebit,
 dato uinum atrum bibat. cito sanus fiet. Et hoc, si quan-
 do usus uenerit, qui debilis erit, haec res sanum facere po-
 test. brassicam edit ita, uti S.S.F. et hoc amplius. lotium
 conseruato eius, qui brassicam esitarit. id calfacto. eo ho-
 minem demittito, cito sanum faciet hac cura. expertum
 hoc est. Item pueros pusillos, si laues eo lotio, nunquam
debiles fient. et quibus oculi parum clari sunt, eo lotio
 inunguito, plus uidebunt. Si caput aut cervix dolent, eo
 lotio caldo lauato, desinent dolore. Et si mulier eo lotio lo-
 cos souebit, nunquam iij uirosi fient. Et souere sic opor-
 tet, ubi in scutra ferue feceris, sub sellam supponito pertu-
 sam. eo mulier assidat, operito. circum uestimenta eam da-
 to. Brassica erratica maximam vim habet. eam arface-
 re, et conterere oportet bene minutam, siquidem purgare
 uoles, pridie ne coemet, mane iejuno dato brassicam tritam
 aquæ cyathos IIII. Nulla res tam bene purgabit, neque
 elleborum, neque scamoneum, et sine periculo, et scito sa-
 lubrem esse corpori. Quos diffidas sanos facere, facies. Qui
 hac purgatione purgandus erit, sic eum curato: Sorbitio-
 ne liquida hoc per dies V II. dato. ubi esse uolet, carnem
 assam dato. Si esse non uolet, dato brassicam coctam,
 et panem, et bibat uinum lene dilutum, lauet raro, uta-
 tur unctione. Qui sic purgatus erit, diutina ualeitudine ute-
 tur, neque ullus morbus ueniet nisi sua culpa. Et si quis
 ulcus tetur, uel recens habebit, hanc brassicam errati-

cam aqua spargito, opponito, sanū facies. Et si fistula erit, turunda intro trudit: si turundam non recipiet, diluit, indito in uesticam, eō calamum alligato, ita premito, in fistulam introedat. Ea res sanum faciet cito. Et ad omnia ulcera vetera, et noua contritam cum melle opponito, sanum faciet. Et si polypus in nāso introierit, brassicam erraticam aridam tritam in malum coniūcito, et ad nāsum admoueto. Ita subducito susum animam quamplurimum poteris: in triduo polypus excidet. Et ubi exciderit, tamen aliquot dies idem facio, ut radices polypi persandas facias. Auribus si parum audies, terito cum uino brassicam, suum exprimito, in aurem inreto tepidum instillato. cito te intelliges plus audire. Deinde petigni parcè brassicam opponito, sanam faciet, et ulcus non faciet.

Aluum si uoles deijcere.

158

Aluum deijcere hoc modo oportet. si uis bene tibi deijcere, sume tibi ollam, addito eo aquæ fæstarios V I. Et eo addito ungulam de perna. si ungulam non habebis, addito de perna frustum. P.S. quām minime pingue. ubi iam colatum incipit esse, eo addito brassicæ coliculos I I. betæ coliculos I I. cum radice sua, feliculæ paulum, herbæ mercurialis non multum, mutulorum L. I I. pisæ capitonem, et scorpionem I. cochleas V I. Et lentis pugillum. Hæc omnia decoquito usque ad fæstarios tres iuriis. oleum ne addideris. in dijde sume tibi fæstarium unum tepidum. adde uini coi cyathum unum. bibe, interquiesce. deinde iterum eodem modo, deinde tertium. Purgabis te bene. Et si uoles insuper uinum coum mixtum bibere, licet bibas. Ex ijs tot rebus, quod scriptum est, unum, quodeorum uis, aluum deijcere potest. Verum ea re tot res sunt, uti bene deijcias, et suave est.

F.i.

Intertrigini, si via ibis, remedium

159

*Intertrigini remedium . in viam cum ibis, absynthij
pontici surculum sub anulo habeto.*

Luxum ut excantes.

160

*Luxum si quod est, hac cantione sanum fiet. harundi-
nem prende tibi uiridem P. I I I I, aut V. longam. Mediā
diffinde, et duo homines teneant ad coxendīcēs. Incipe
cantare in alio. S. F. motas uæta daries dardaries astata-
ries dissunapiter, usque dum coeant. Ferrum insuper ida-
ctato. ubi coierint, et altera alteram tetigerit, id manu
prende, et dextra sinistra præcide. Ad luxum, aut ad
fracturam alliga, sanū fiet, et tamen quotidie cātato in a-
lio, S. F. uel luxato. Vel hoc modo, huat huat ista pi-
sta sista, domiabo dānaustra, et luxato. Vel hoc modo,
huat haut haut ista sis tar sis ardannabon dunnaustra.*

Asparagus quomodo seratur.

161

*Locum subigere oportet bene, qui habeat humorem,
aut loco crasso: ubi erit subactus, areas facito, ut possis dex-
tra sinistraque sarire, runcare, ne calctetur. Cum areas de-
formabis, interuallum facito inter eas semipedem latum in
omnes partes. Deinde serito. Ad lineam palo grana bind,
aut terma demittito. Et eodem palo cauum terra operito.
Deinde supra areas stercus spargito, bene serito. Secundum
æquinoctium uernum, ubi erit natum, herbas crebro pur-
gato, cauetoque ne asparagus unà cum herba uellatur. Quo
anno seueris, substramentis per hiemem operito, ne peru-
ratur. Deinde primo uere aperito, sarito, runcatoque.
Post annum tertium, quam seueris, incendito uere pri-
mo. Deinde ne ante sarueris, quam asparagus natus erit,
ne in sariendo radices lædas. Tertio, aut quarto anno a-
sparagum uellito ab radice. Nam si defringes, stirpes fient,*

et intermorientur. Usque licet uellas, donicum in semen uideris ire. Semen naturum fit ad autumnum. Ita cum sum pseris semen, incendito, et cum cœperit asparagus nasci, sarito, et sterorato. Post annos VIII, aut IX, cum iam est uetus, digerito, et in quo loco positurus eris, terram bene subigit, et sterorato. Demde fossulas facito, quæ radices asparagi demittas. Interuallum sit ne minus pedes singulos inter radices asparagi. uellito, sic circinfodito, ut facile euellere possis. Caueto ne frangatur. Stercus ouillum quamplurimum fac ingeras: id est optimum ad eam rem. aliud steras herbas creat.

salsura pernarum, ofellæ Puteolanæ. 162

Pernas fallire sic oportet, in dolio, aut in seria. Cum pernas emeris, unguis earum præcidito. Salis romanensis moliti in singulas semodius. In fundo dolij, aut seriæ salem sternito. Deinde pernam ponito. Cutis deorsum spelet. Sale obruito totam. Deinde alteram insuper ponito. Eodem modo obruito. Caueto, ne caro carnem tangat. Ita omnes obruito, ubi iam omnes composueris, sale insuper obrue, ne caro appareat, æqualem facito. Vbi iam dies V, in sale fuerint, eximuto omnes cum suo sale. Quæ tum summae fuerint, imas facito. Eodemque modo obruito, et componito. Post diem omnino duodecimum pernas eximuto, et salem omnem detergeto, et suspendito in uento biduum. Die tertio extergeto spongia bene, perunguita oleo. Suspedito in fumo biduum. Tertio die demuto. Perunguita oleo, et aæto commixto: suspendito in carnario. nec tinea, nec uermes tangent.

F.ij.

VARRONIS RERVM RUSTICA.
rum de agricultura, libri primi capita.

Qui Græci de agricultura scripserint.	Caput.I
Quæ dijugenda sint ab agricultura.	Cap.II
Artem esse agriculturam.	III
Agriculturæ quod sit initium, et quis finis.	III I
Quot partes habeat disciplinæ cultura agri.	V
De solo fundi quæ sint uidenda.	VI
Qui sit ager optimus, et quis ab eo proximus, et qui deinceps.	VII
De iuncis.	VIII
De modis agrorum.	IX
Hæredium, et Centuria, et Saltus, quare sint his uocabu- lis appellata.	X
De villa.	XI
De aqua villæ.	codem
De loco, et in quam partem cæli villa ponenda sit.	XII
De villæ rusticæ descriptione.	XIII
De septis, quæ fundi tutandi causa fiunt.	XIII I
De finib. tuendis.	XV
De eis, quæ extra fundum commoda fiunt, aut inam- moda.	XVI
Agri quibus rebus colantur.	XVII
De numero rusticorum, quot operis quisque agri modus coli possit.	XVIII
Quot iugis boū quisque agri modus coli possit.	XIX
De bubus.	XX
De cæmbus.	XXI
Si prata sunt in fundo, pecus non est, quid sit faciendum.	
De muto instrumento.	XXII

<i>Quæ, et quo quidque loco maxime expeditat serere.</i>	XXIII
<i>Olea in quali agro serenda sit.</i>	XXIIII
<i>Vinea in quo agro serenda sit.</i>	XXV
<i>Quo loco ridicæ in vinea figi debeant.</i>	XXVI
<i>De solis cursu indescripto in partes anni quatuor et octo, et de eis quaque parte in agro debeat fieri.</i>	XXVII
<i>Quotenos dies habeat quodque tempus anni descripti in quattuor partes.</i>	XXVIII
<i>Primo interuallo inter Faunium et AEquinoctium uerum quæ fieri oporteat.</i>	XXIX
<i>Secundo interuallo inter Vernal equinoctium, quod est VIII. Kl. Apriles, et Vergiliarum exortum, qui est VI. Idus Maias, quæ fieri oporteat.</i>	XXX
<i>Tertio interuallo inter Vergiliarum exortum, qui est VI. Idus Maias ad solstium, quod est V I. Kl. Iul. quæ fieri oporteat.</i>	XXXI
<i>De uineis nouellis.</i>	<i>eodem</i>
<i>De pampinatione.</i>	<i>eodem</i>
<i>Qualis sit capreolus in uite.</i>	<i>eodem</i>
<i>De pabulo secando.</i>	<i>eodem</i>
<i>De irrigatione.</i>	<i>eodem</i>
<i>Quarto interuallo, inter solstium, quod est ex V I. Kl. Iul. in a. d. IIII. Idus Augustas, et Caniculam, quæ est ex a. d. II I. Idus Augustas in a. d. Kl. Octobres, quæ fiant.</i>	XXXII
<i>De eis quæ seri oporteat, et quare legumina appellantur.</i>	<i>eodem</i>
<i>Quinto interuallo, inter Caniculam quæ a. d. IIII. Idus Augustas, et AEquinoctium autumnale, quod est a. d. V. Kl. Octobres, quæ fieri oporteat.</i>	XXXIII
<i>Sexto interuallo, ab AEquinoctio autunnali serere ap-</i>	

tere usque ad brumam, medij sunt dies X C I. nec ante
æquinoctiū neque post brumam seri oportere. Fabā opti-
me seri in Vergiliarū occasu V I. Idus Nouembres. Vim-
demiam fieri oportere inter AEquinoctium autumnale,
V. Kl. Octobres, & Vergiliarum occasum V I. Idus No-
uembres: deinde uites putari, & propagari, & seri po-
ma frigidis locis uere. XXXIIII

Septimo interuallo, inter Vergiliarum occasum V. Idus
Nouembres, & brumam V IIII. Kl. Ianuarias quæ fi-
eri oporteat. XXXV

Octauo interuallo, inter brumam V IIII. Kl. Ianuarias, &
Fauonium V. Idus Febr. quæ fieri oporteat. XXXVI
De lunaribus diebus. XXXVII

De altera temporum diuisione, coniuncta cum sole & Lu-
na & habentis sex partes. eodem

De Stercore: sterquilinum quo loco faciendum sit, in quo
medio, si robusta materia sit depacta, non nasci serpen-
tem. XXXVIII

Quatuor esse genera seminum, & quæ quo tempore, lo-
co, ut debeant seri. XXXIX

Quæ sint genera seminum, & quemadmodū propagari
debeant, & quibus temporibus, quóque loco ponenda
sint. XL

De temporibus transferendorum surculorum, & quæ
sint post sationem obseruanda. XLI

De medica. XLII

De cythiso. XLIII

Quoteni modij serantur in iugero, fabæ, tritici, hordei,
farris: XLIII

Sata quoq[ue] quoq[ue] die prodeant de terra. XLV

Ex quibus folijs cognosci possint anni tempora. XLVI

<i>Quemadmodum sata sint tuenda.</i>	XLVI
<i>Quæ in spica sint uocabula, et causæ eorum.</i>	XLVII
<i>De fructibus maturis capiendis.</i>	XLIX
<i>De fœnicio, et scilitione pratorum.</i>	eodem
<i>De messe, et causa huius vocabuli, quare messis appellata sit, quaréue paleæ appellatæ sint.</i>	L
<i>Aream quamæ esse oporteat.</i>	LI
<i>In semen quemadmodum spicas secerni oporteat.</i>	LII
<i>Tritura quemadmodum fieri oporteat.</i>	eodem
<i>De stipula.</i>	LIII
<i>De uindemia facienda.</i>	LIII
<i>De olea legenda.</i>	LV
<i>De fœno condendo.</i>	LVI
<i>De tritico condendo.</i>	LVII
<i>De faba, et leguminibus condendis.</i>	LVIII
<i>De uinis condendis.</i>	eodem
<i>De pomis condendis.</i>	LIX
<i>De olea condenda.</i>	LX
<i>De amurca condenda.</i>	LXI
<i>De promendis frugibus tuendi causa.</i>	LXII
<i>Quemadmodum frumentum promendum sit.</i>	LXIII
<i>De amurca tuenda et promenda.</i>	LXIII
<i>De uino promendo.</i>	LXV
<i>De olea promenda.</i>	LXVI
<i>De nuæ, et palmula, et fico promendo.</i>	LXVII
<i>De uinis, et malis, et sorbis pensilibus promendis.</i>	LXVIII
<i>De farre promendo, aut ad cibatum, aut ad sationem, aut ad uendundum.</i>	LXIX

F.iiij.

M. TERENT. VARRONIS RERVM
R V S T I C A R V M D E A G R I-
C V L T V R A L I B E R . I.

C A P V T P R I M V M.

T I V M si essem consecutus Fundania,
commodius tibi hæc scriberem, quæ nunc,
O ut potero, exponam, cogitans esse prope-
randum, quod (ut dicitur) si est homo bul-
la, eo magis senex. annus enim octogesimus
admonet me, ut sarcinas colligam ante quām proficiare
uita. Quare, quoniam emisi fundum quem bene colendo,
fructuosum confidere uelis, mēque ut id mihi habeam cu-
rare roges, experiar. Et non solum, ut ipse quoad uiuam
quid fieri oporteat ut te moneam, sed etiam post mortem.
Neque patiar sibyllam non solum cœcinisse, quæ dum ui-
ueret, prodeſſent hominibus, sed etiam quæ cum perifſet
ipsa, et id etiam ignotissimis quoque hominibus, ad cuius
libros tot annis post publice solemus redire, cum desidera-
mus quid faciendum sit nobis ex aliquo portento, me, ne-
dum uiuo quidē, necessarijs meis quod profit facere. Quo
circa scribam tibi tres libros indices, ad quos reuertare, fi-
qua in re quæres, quemadmodum quidque te in colendo
oporteat facere. Et quoniam (ut aiunt) Dei facientes adiu-
uant, prius inuocabo eos, nec, ut Homerus, et Ennius, Mu-
fas, sed XI I. deos, consentis, neque tamen eos urbanos,
quorum imagines ad forum auratæ stant, sex mares, et
fœminæ totidem, sed illos XI I. deos, qui maxime agricultu-
rum duæs sunt. Primum, qui omnes fructus agriculturæ
cœlo, et terra continent, Iouem, et Tellurem. itaque quòd

ij parētes magni dicuntur. Iuppiter pater appellatur. Tellus terra mater. Secundo Solem & Lunam, quorum tempora obseruantur, cum quedam seruntur & conduntur. Tertio Cererem & Liberum, quod horum fructus maxime necessarij ad uictum. Ab his enim cibus & potio uenit è fundo. Quarto Robigum ac Florā, quibus propitijs, neque rubigo frumenta, atque arbores corrumpit, neque non tempestue florent. Itaque publicæ Robigo feriæ robigalia, Floræ, ludi floralia instituti. Item adueneror Mineruam & Venerem, quarū unius procuratio olineti, alterius hortorum, quo nomine rustica uinalia instituta. Nec non etiam preor Lympham, ac Bonum euentum, quoniam sine aqua omnis arida ac misera agricultura, sine successu ac bono euētu, frustratio est, non cultura. Iis igitur deis ad uenerationem aduocatis, ego referam sermones eos, quos de agricultura habuimus nuper, ex quibus quid te facere oporteat animaduertere poteris, in quies quæ nō inerūt & quæres, indicabo, à quibus scriptoribus reperias, & Græcis, & nostris. Qui Græcè scripserunt dispersim aliis de alia re, sunt plus quinquaginta. Hi sunt, quos tu habere in consilio poteris, cum quid consulere uoles, Hieron siculus, & Attalus Philometor: de philosophis, Democritus physicus, Xenophon socraticus, Aristoteles & Theophrastus peripatetici, Archytas pythagoræus, item Amphilochus atheniensis, Anaxipolis thasius, Apollodorus lemnius, Aristophanes maleotes, Antigonus cymeus, Agathocles chius, Apollonius pergamenteus, Aristandrus atheniensis, Baethius milesius, Bion soleus, Chæresteus & Chæreas athenienses, Diodorus priennæus, Dion colophonius, Diophanes niæensis, Epigenes rhodius, Euagon thasius, Euphranij duo, unus atheniensis, alter amphiopolites, Aegesias maronites,

M. V A R R O N I S

Menandri duo, unus priennæus, alter heracleotes, Nicæsius maronites, Pythiō rhodius. De reliquis, quorum quæ fuerit patria non accepi, sunt Androton, AEschrion, Aristomenes, Athenagoras, Crates, Dadis, Dionysius, Euphiton, Euphorion, Eubolus, Lysimachus, Mnaseas, Menestratius, Pleuthiphantes, Persis, Theophilus. Ii, quos dixi, omnes soluta oratione scripsérunt. easdem res etiam quidam ueribus, ut Hesiodus ascraeus, Menecrates ephesius. Hos nobilitate Mago Carthaginensis præteriit pœnica lingua, quod res dispersas comprehendit libris XXIX. quos Cassius Dionysius uticensis, uertit libris XX, ac Græca lingua Sextilio prætori misit: in quæ uolumina de Græcis libris eorum, quos dixi, adiecit non pauca, et de Magonis dempsit instar librorum VIII. Hosce ipsos utiliter ad VI libros rededit Diophanes in Bithynia, et misit Dejatario regi. Quo breuius de ea re canor tribus libris expondere, uno de agricultura, altero de re pecuaria, tertio de uillaticis passionibus. Hoc libro circuncisis rebus, quæ non arbitror pertinere ad agriculturā. Itaque prius ostendam, quæ scerni oporteat ab ea. Tum de his rebus dicā, sequens naturales diuisiones. Ea erunt ex radicibus trinis, et quæ ipse in meis fundis colendo animaduerti, et quæ legi, et quæ à peritis audij.

C A P. I I.

Semetiuis ferijs in ædem Telluris ueneram rogatus ab æditimo, ut dicere didicimus à patribus nostris: ut corrigimur à recentibus urbanis, ab ædituo. Offendi ibi C. Füdanium socerum meum, et C. Agrium equitem R. sacratum, et P. Agrasium publicanum, spectantes in pariete pictam Italiam. Quid uos hīc: inquam, num feriae semetiuae otiosos huc adduxerunt, ut patres, et auos solebant nostros? Nos uero (inquit Agrius, ut arbitror) eadem causa,

quæ te, rogatio æditimi. Itaque si ita est, ut annuis, morere oportet nobiscum, dum ille reuertatur. Nam aceritus ab ædile, cuius procuratio huius templi est, nondū rediit, et nos, ut expectaremus se, reliquit qui rogaret. Vultis igitur interea uetus prouerbium, quod est, Romanus sedendo uincit, usurpemus, dum ille uenit? Sanè, inquit Agrius, et simul cogitans, portam itineri dici longissimam esse, ad subsellia sequentibus nobis procedit. Cum cōsedisset, Agrasius uos, qui multas perambulastis terras, ecquam cultiorrem Italia uidistis, inquit? Ego uero, Agrasius, nullam arbitror esse, quæ tam tota sit culta. Primum cum orbis terræ diuisus sit in duas partes ab Eratosthene, maxime secundum naturam ad meridiem uersus, et ad septentriones. Et sine dubio, quoniam salubrior pars septentrionalis est, quam meridiana. Et quæ salubriora, illa fructuosa, dicendum magis eam fuisse opportuna ad colendum, quam Asiam, ibique Italiam. primum quod est in Europa, secundo, quod hæc temperator pars est, quam interior. nam intus penè sempiternæ hyemes. Neque murum, quod sunt regiones inter circulum septentrionalem, et inter cardinem cæli, ubi sol etiam sex mensibus continuis non uideatur. Itaque in oceano in ea parte ne nauigari quidem posse dicunt propter mare congelatum. Fundanius, Emibi tu quicquam nasci putas posse, aut coli natum? Verum enim est illud Paciuū, sol si perpetuo sit, aut nox, flammeo uapore, aut frigore, terræ fructus omnes interire. Ego hīc, ubi nox et dies modice redit, et abit, tamen aestuo die, si non diffinderem meo insitito somno meridie, uiuere non possem: illic in semestri die, aut nocte quemadmodum quicquam seri, aut alescere, aut meti possit? Contra quid in Italia utensile non modo non nascitur, sed etiam non

M. V A R R O N I S

egregium sit? quod far conferam campano? quod triticum
appulo? quod unum falerno? quod oleum uenafro? Non ar-
boribus consita Italia est, ut tota pomarium uideatur? An
Phrygia magis uitibus cooperta, quam Homerus appellat
ἀπτελόεσσαν, quām hæc? aut Argos, quod idem poeta πολύ-
πυρον, in qua terra iugerum unum denos, et quinque denos
cullos fert uini, quot quedam in Italia regiones? An non
M. Cato scribit in libro originum sic? ager gallicus roma-
nus uocatur, qui uirilim eis Ariminum datus est ultra agrū
Picentium. In eo agro aliquot fariam in singula iugera de-
na cullea uini fiunt. Nónne item in agro fauentino, à quo
ibi triænariæ appellantur uites, quod iugerum triænas
amphoras reddat? Simul aspicit me, certe inquit, L. Mar-
tius præfectus fabrūm tuus in fundo suo Fauentiæ hanc
multitudinē dicebat suas reddere uites. Duo in primis spe-
Etasse uidentur Italici homines colendo, posséntne fructus
pro impensa ac labore redire, et utrum saluber locus es-
set an nō: quorum si alterutrum decollat, et nihilominus
quis uult colere, mēte est captus, atque ad agnatos et gen-
tiles est deducendus. Nemo enim sanus debet uelle im-
pensam ac sumptum facere in culturam, si uidet non pos-
se refaci. Nec si potest refacere fructus, si uidet eos fore, ut
pestilentia dispereant. Sed opinor qui hæc cōmodius osten-
dere possint, adsunt. Nam C. Licinium Stolonem, et Cn.
Tremelium Scrofam uideo uenire, unum cuius maiores de
modo agri legem tulerunt. Nam Stolonis illa lex, quæ ue-
tat plus D. iugera habere ciuem R. et qui propter diligen-
tiam culturæ Stolonum confirmauit cognomen, quod nul-
lus in eius fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat
circum arbores, è radicibus, quæ nascerentur è solo, quos
stolones appellabant. eiusdem gentis C. Licinius tribunus

pleb. cum esset post reges exactus annis C C C L X V . pri
mus populum ad leges accipiendas in septem iugera foren
sia, è comitio eduxit. Alterum collegam tuum, XX vir qui
fuit, ad agros diuidūdos campanos, video huc uenire Cn.
Tremelium Scrofam, virum omnibus uirtutibus politum,
qui de agricultura romanus peritissimus existimatur . An
non iure inquam? Fundi enim eius propter culturam iu
cundiore spectaculo sunt multis, quam regie polita ædifi
cia aliorum, cum huic spectatum ueniant villas, non ut
apud Lucullum, ut uideant pinacothecas, sed oporothecas.
Huic inquam pomaria summa sacra uia, ubi poma ue
neunt, contra auream imaginem. Illi interea, ad nos. Et
stolo, Num cœna cōmēsa inquit uenimus? nam non L. ui
demus Fundiliū, qui nos aduocauit. Bono animo esse in
quit Agrius: Nam non modo ouum illud sublatū est, quod
ludis circensibus nouissimi curriculi finem facit quadri
gis, sed ne illud quidem ouum uidimus, quod in æriali pō
pa solet esse primum. Itaque dum id nobiscum una uidea
tis, ac uenit æditimus, docete nos agricultura quam sum
mam habeat, utilitatēmne, an uoluptatem, an utrunque. ad
te enim rudem esse agriculturæ nunc, olim ad Stolonem
fuisse dicunt, Scrofa, Prius inquit discernendum, utrum
quæ serātur in agro ea sola sint in cultura, an etiam quæ
inducantur in rura, ut oves, & armenta. Video enim qui
de agricultura scripsérunt, & Pœnicæ, & Græcæ, & Lat
inè, latius uagatos, quam oportuerit. Ego uero, inquit Sto
lo, eos non in omni re imitandos arbitror, & eo melius fe
cisse quosdam, qui minore pomerio finierunt, exclusis par
tibus, quæ non pertinent ad hanc rem. quare tota pastio,
quæ coniugitur à plerisque cum agricultura, magis ad pa
storem, quam ad agricolam pertinere uidetur. Quo circa

M. V A R R O N I S

principes, qui utriusque rei præponuntur, uocabulis quoque sunt diuersi, quod unus uocatur *vilius*, alter *magister pecoris*. *Vilius* agri colendi causa constitutus, atque appellatus à *villa*, quod ab eo in eam conueniuntur fructus, et eue huntur, cum ueneunt. A quo rustici etiam nunc quoque *uiam*, *ueam* appellant, propter uecturas: et uellam non *uillam*, quò uehunt, et unde uehunt. Item dicuntur, qui uecturis uiuunt, uellaturā facere. Certe, inquit Fundanius, aliud *pastio*, et aliud *agricultura*, sed affinis. Et ut dextra tibia alia, quam sinistra, ita ut tamen sit quodammodo coniuncta, quod est altera eiusdem carminis modorum inæntiuia, altera *succentiuia*. Et quidem licet adijcias, inquam, *pastorum* uitam esse inæntiuam, *agricolarum* succentiuam auctore doctissimo homine Dicæarcho, qui Græciæ uita qualis fuerit, ab initio nobis ita ostendit, ut superioribus temporibus fuisse doceat, cum homines *pastoritiam* uitam agerent, neque scirent etiam arare terram, aut serere arbores, aut putare, ab his inferiore gradu ætatis suscepit agriculturam. Quocirca et succinit pastorali, quod est inferior, ut tibia sinistra à dextræ foraminibus. Agrius, Tu, inquit, tibicen non solum adimis domino pecus, sed etiam seruis peculum, quibus domini dant, ut pascant, atque etiam leges colonicas tollis, in quibus scribimus, Colonus in agro surculario ne capra natum pascat, quas etiā astrologia in cælū recipit, non longe ab Taurō. Cui Fundanius, Vide, inquit, ne agri istuc sit ab hoc, cum in legibus etiam scribatur, pecus quoddam. Quædam enim pecudes culturæ sunt inimicæ, ac ueneno, ut istæ, quas dixisti, capræ. eæ enim omnia nouella sat a carpendo corrumpunt, non minimum uites, atque oleas. Itaque propterea institutū diuersa de causa, ut ex caprino genere ad alij dei

aram hostia adduceretur, ad alijs non sacrificaretur, cum ab eodem odio alter uidere nollet, alter etiam uidere per-euntem uellet. Sic factum, ut Libero patri repertori uitis hirci immolarentur, proinde ut capite darent pœnas. Cōtra, ut Mineruæ caprini generis nihil immolarēt, propter oleam, quod eam, quam læserit, fieri dicunt sterilem. Eius enim saliuam esse fructuis uenenu. Licinius, Hoc nomine etiam Athenis in arcem non inigi, præterquam semel ad necessarium sacrificium, ne arbor olea, quæ primum dicitur ibi nata, à capra tangi possit. Nec ullæ, inquam, pecudes agriculturæ sunt propriæ, nisi quæ agrum operæ, quo cultior sit, adiuuare, ut eæ, quæ iuncte arare possunt. Agrasius, Si istuc ita est, inquit, quomodo pecus remoueri potest ab agro, cū sterca, quod plurimū prodest, greges peccorum ministrent? Sic, inquit Agrius, uenalium greges dicimus agriculturam esse, si propter istam rem habendum statuerimus. Sed error hinc, quod pecus in agro esse potest, et fructus non in eo agro ferre, quod non sequēdum. Nam sic etiam res aliæ diuersæ ab agro erunt assumenda: ut si habeas plures in fundo textores, atque institutos histonas, sic alios artifices. Scrofa, Diungamus igitur, inquit, passionem à cultura, et si quis quid uult aliud. An' ne ego, inquam, sequar Sasernarum patris, et filij libros? ac magis putem pertinere figlinas quemadmodum exerceri oporteat, quam argenti fodinas, aut alia et alia metalla, quæ sine dubio in aliquo agro fiunt? Sed ut neque lapicidinæ, neque arenariæ ad agriculturam pertinent, sic figlinæ. neque ideo non in quo agro idoneæ possunt esse, non exercendæ, atque ex eis capiundi fructus, ut etiam si ager secundum viam, et opportunus viatoribus locus, ædificandæ tabernæ diuersoriiæ, quæ tamē quanuis sicut fructuosæ,

M. V A R R O N I S

nihilo magis sunt agriculturæ partes. Nō enim si quis propter agrum, aut etiam in agro profectus domino, agriculturæ acceptum referre debet, sed id modo, quod ex satiōne terra sit natū ad fruendum. Suscipit Stolo, Tu inquit inuides tanto scriptori, et obstrigillandi causa figliinas reprehendis, cum præclara quædam, ne laudes, prætermittas, quæ ad agriculturam uehementer pertineant.

Cum subrisisset Scrofa, quòd non ignorabat libros, et despiciebat, et Agrasius se scire modo putaret, ac Stoloniem rogasset, ut diceret, cœpit, sribit amicæ quemadmodum interfici oporteat his uerbis. Cucumerem anguinum conditio in aquam, eāmque infundito quò uoles, nulli accedent. uel fel bubulum cum aceto mixtum, unguito leatum. Fundanius aspicit ad Scrofam, et tamen uerū dicit, inquit, hic, ut hoc scripserit in agricultura. Ille, Tam hercle, quām hoc, siquem glabrum facere uelis, quod iubet, ranam luridam conijcere in aquam, usquequo ad tertiam partem decoxeris, eoque unguere corpus. Ego quod magis inquam pertineat ad Fundanij ualeitudinem, et in eo libro est, satius dicam, nam huiuscæ pedes solent dolere, in fronte contrahere rugas. Dic sodes inquit Fundanius: nā malo de meis pedibus audire, quām quemadmodum pedes betaceos seri oporteat. Stolo subridens dicam, inquit, eisdem, quibus ille uerbis scripsit, uel Tarquenniam audiui, Cum homini pedes dolere cœpissent, qui tui meminisset, ei mederi posse. Ego tui memini, medere meis pedibus. Terra pestem teneto. Salus hic maneto in meis pedibus. Hoc ter nouies cantare iubet, terram tangere, despovere, ieiumum cantare. Multa inquam item alia miracula apud Sasernas inuenies, quæ omnia sunt diuersa ab agricultura, et ideo repudianda. quasi uero inquam, non apud cæteros

quoque scriptores talia reperiantur. An non in magni illius Catonis libro, qui de agricultura est editus, scripta sunt permulta similia ut hæc? quemadmodum placentam facere oporteat, quo pacto libum, qua ratione pernas fallire. Illud non dicas, inquit Agrius, quod scribit, si uelis in coniuio multum bibere, cœnaréque libenter, ante esse oportet brassicam crudam ex aceto, & post, aliqua folia V.

C A P. III.

Igitur inquit Agrasius, quæ dijūgenda essent à cultura cuiusmodi sint, quoniā discretum de ijs rebus dicendū, quæ scientia sit, & quid in colendo nos docet, ars an sit, an quid aliud, & à quibus carceribus decurrat ad metas. Stolo cum aspexisset scrofam, Tu inquit, & ætate, & honore, & scientia quòd præstas, dicere debes. Ille non grauatus, Primum inquit, non modo est ars, sed etiam necessaria ac magna: eaque est scientia, quæ docet, quæ sint in quoquo agro serunda ac facienda, quæque terra maximos perpetuo reddat fructus.

C A P. IIII.

Eius principia sunt eadem, quæ mundi esse Ennius scribit, aqua, terra, anima, & sol. Hæc enim cognoscenda prius, quam iacidas semina, quod initium fructuum oriatur. Hinc profecti agricolæ ad duas metas dirigere debet, ad utilitatem & uoluptatem. Utilitas querit fructum, uoluptas delectationem. Prioris partes agit, quod utile est, quam quod delectat, necnon ea quæ faciunt cultura honestiorem agrum: pleraque non solum fructuosiorum eundem faciunt, ut cum in ordinem sunt consita arbusta atque oliueta, sed etiam uendibiliorem, atque adjiciunt ad fundi pretium. nemo enim eadem utilitate non formosius quod est, emere manuit pluris, quam si est fructuosus turpis. Utilissimus autem is ager qui salubrior est, quam alij,

G.i.

M. V A R R O N I S

quòd ibi fructus certus. contra quòd in pestilenti, calamitas, quanuis in feraci agro, colonum ad fructus peruenire non patitur. Etenim ubi ratio cum orco habetur, ibi non modo fructus est mærtus, sed etiam solentium uita. Quare ubi salubritas non est, cultura non aliud est, atque alea domini uitæ, ac rei familiaris. Nec hæc non diminuitur scientia. ita enim salubritas, quæ ducitur è cælo ac terra, non est in nostra potestate, sed in naturæ: ut tamè multum sit in nobis, quòd grauiora quæ sunt, ea diligentia leuiora facere possumus. Etenim si propter terram aut aquam, odorémue, quem aliquo loco eructat, pestilentior est fundus, aut propter cæli regionem ager calidior sit, aut uentus non bonus flet: hæc uitia emendari solent domini scientia ac sumptu. quod permagni interest, ubi sint positæ uillæ, quantæ sint, quo spectent, porticibus, ostijs ac fenestrîs. An non ille Hippocrates medicus in magna pestilentia, non unum agrum, sed multa oppida, scientia seruauit? Sed quid ego illum uoco ad testimoniū? Non hic Varro noster, cum Corcyrae esset exercitus ac classis, et omnes domus repletæ essent ægrotis ac funeribus, immisso fenestrâ nouis aquilone, et obstructis pestilentibus, ianuâque permutata, cæterâque eius generis diligentia, suos comites, ac familiam, incolumes reduxit?

C A P. V.

Sed quoniam agriculturæ, quod esset initium, et finis dixi, relinquitur quot partes ea disciplina habeat, ut sit uidendum. Evidem innumerabiles mihi uidentur, inquit Agrius, cum legu libros Theophrasti complures, qui inscribuntur, φυτῶν ἴσοπίας, et alteri φυτιῶν αὐτιῶν. Stolo, isti, inquit, libri non tam idonei ijs, qui agrum colere uolunt, quam qui scholas philosophorum. neque eodico, quòd non habeant et utilia, et communia quæ-

dam. quapropter tu potius agriculturæ partes nobis expone. Scropha, Agriculturæ, inquit, quatuor sunt partes summæ: è quæs prima cognitio fundi, solum, partæque eius quales sint. secunda, quæ in eo fundo opus sunt, ac debeant esse culturæ causa. tertia, quæ in eo prædio collendi causa sint facienda. quarta, quo quicque tempore in eo fundo fieri conueniat. De his quatuor generibus singulæ minimum in binas diuiduntur species. quod habet prima ea, quæ ad solum pertinent terræ, & quæ ad uillas, & stabula. secunda pars quæ mouentur, atque in fundo debeant esse culturæ causa, est item bipartita: de hominibus, per quos colendū, & de reliquo instrumento. tercua pars quæ de rebus, diuiditur: quæ ad quanque rem sint præparanda, & ubi quæque facienda. quarta pars de temporibus, quæ ad solis circumitum annum sint referenda, & quæ ad Lunæ menstruum cursum. De primis quatuor partibus prius dicam, deinde subtilius de octo secundis.

C A P. VI.

Igitur primum de solo fundi uidendum hæc quatuor, Quæ sit forma, quo in genere terræ, quantus, quam perfætus. Formæ cum duo genera sint, una quam naturæ dat: altera quam sationes imponunt: prior, quod aliud ager bene natus, aliud male: posterior, quod aliud fundus bene consitus est, aliud male: dicam prius de naturali. Igitur cum tria genera sint à specie simplicia agrorum, campestre, collinum, & montanum, est ex ijs tribus quartum, ut in eo fundo, in quo hæc duo uel tria sunt, ut multis locis licet uideri. E' quibus tribus fastigüs simplicibus, sine dubio infimis alia cultura aptior, quam summis, quod hæc calidiora quam summa: sic collinis, quod ea tepidiora quam infima, aut summa. Hæc apparent magis ita esse in latio-

G.ij.

M. V A R R O N I S

ribus regionibus, simplicia cum sunt. Itaque ubi lati campi, ibi magis aestus. Et eò in Apulia loca calidiora ac graviora. Et ubi montana, ut in Vesuvio, quòd leuiora, et ideo salubriora. Qui colunt deorsum, magis aestate laborant: qui sursum, magis hieme: uerno tempore in campestribus maturius eadem illa seruntur, quam in superioribus: et celerius hic, quam illic coguntur. necnō sursum, quam deorsum tardius seruntur, ac metuntur. Quædam in montanis prolixiora nascentur ac firmiora, propter frigus, ut abietes ac sappini. Hic, quòd tepidiora, populi ac salices: sursum fertiliora, ut arbutus ac quercus: deorsum, ut nūces Græcæ ac mariscæ fici. In collibus humilibus societas maior cum campestri fructu, quam cum montano: in altis contra. Propter hæc tria fastigia formæ, discrimina quædam sunt sationum, quòd segetes meliores existimantur esse campestres, uineæ collinæ, syluæ montanæ: plerunque hiberna ijs esse meliora, qui colunt campestria, quòd tunc prata ibi herbosa, putatio arborum tolerabilior. Contra aestiva montanis locis commodiora, quòd ibi tum et pabulum multum, quod in campis aret: ac cultura arborum aptior, quòd tum illic frigidior aer. Campester locus is melior, qui totus æquabiliter in unam partem uergit, quam is qui est ad libellam æquus, quòd is, cum aquæ non habent delapsum, fieri solet uliginosus. eo magis si quis est inæquabilis, eo deterior, quòd fit propter lacunas aquosas. Hæc atque huiuscemodi tria fastigia agri ad colendum dispariliter habent momentum.

C A P . VII.

Stolo, Quod ad hanc formam naturalem pertinet, de eo non incommode Cato uidetur dicere, cum scribit optimum agrum esse, qui sub radice montis situs sit, et spectet ad meridianâ cæli partem. subiicit scrofa, De formæ cul-

tura hoc dico, quæ specie fiant uenustiora, sequi, ut maiores quoque fructu sint: ut qui habent arbusta, si satæ sunt in quincuncem, propter ordines, atque interualla modica. Itaque maiores nostri ex aruo æquè magno, sed male consito, et minus multum, et minus bonum faciebant uinum et frumentum, quod quæ suo quicque loco sunt posita, ea minus loci occupant, et minus officit aliud alijs ab sole, ac luna, et uento. Hoc licet coniectura uidere ex aliquot rebus, ut nuces integras, quas uno modio comprehendere possis, quod putam una suo loco quæque habet natura composita, cum easdem si fregeris uix sesquimodio conciperem possis. Præterea quæ arbores in ordinem satæ sunt, eas æquabiliter ex omnibus partibus sol ac luna coquunt. quo sit, ut uvae et oleæ plures nascantur, et ut celerius coquatur. quas res duas sequuntur altera illa duo, ut plus reddant musti et olei, et pretij pluris. sequitur secundum illud, quali terra solum sit fundi, à qua parte uel maxime bonus, aut nō bonus appelletur. Refert enim, quæ res in eo seri nascique, et cuiusmodi possint. Non enim eadem omnia in eodem agro recte possunt. Nam ut alius est ad uitæ appositus, alius ad frumentū, sic de cæteris aliis ad aliam rem. Itaque Cretæ ad Cortyniam dicitur platanus esse, quæ folia hieme non amittat. Itemque in Cypro, ut Theophrastus ait, una. Itē Sybari qui nunc Thuri dicuntur, quercus simili esse natura, quæ est in oppidi conspectu. Item contra atque apud nos fieri ad Elephanti nem, ut neque ficus neq; uites amittant folia. Propter eandem causam multa sunt bifera, ut uites apud mare Smyrnæ: malus bifera, ut in agro Consentino. Idem ostendit, quod in locis feris plura ferunt: in ijs quæ sunt culta, meliora. eadem de causa sunt, quæ non possunt uiuere nisi

G.ij.

M. V A R R O N I S

in loco aquoso, aut etiam aqua: & id discriminatim, ut alia in lacubus, ut arundines in Reatino, alia in fluminibus, ut in Epeiro arbores alni, alia in mari, ut scribit Theophrastus, palmas & squillas. In Gallia transalpina intus ad Rhenum, cum exercitum ducerem, aliquot regiones accessi, ubi nec uitis, nec olea, nec poma nascerentur, ubi agros stercorent candida fossicia creta: uoi salem nec fossicum, nec maritimum haberent, sed ex quibusdam lignis combustis, carbonibus salsis pro eo uterentur. Stolo, Cato quidem, inquit, gradatim præponens, aliam alio agrum meliorem dicit esse in nouem discriminibus, quod sit primus, ubi uineæ possint esse bono uno & multo. secundus, ubi hortus irriguus. tertius, ubi salicta. quartus, ubi oliueta. quintus, ubi pratum. sextus, ubi campus frumentarius. septimus, ubi cædua silua. octauus, ubi arbustū. nonus, ubi glandaria silua. Scrofa, Scio, inquit, scribere illum, sed de hoc non consentiunt omnes, quod alij dant primatum bonis pratis, ut ego quoque: à quo antiqui prata parata appellantur. Cæsar v opiscus ædilicus, causam cum ageret apud Censores, campos Roseæ Italiae dixit esse sumem, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam.

C A P. VIII.

Contrà uineam sunt qui putent sumptu fructum devorare. Refert inquam, quod genus uineæ sit, quod sunt multæ species eius. aliæ enim humiles ac sine ridiculis, ut in Hispania: aliæ sublimes, ut quæ appellantur iugatæ, ut pleræque in Italia. quarum nomina duo, pedamenta, & iuga. quibus stat rectis uinea, dicuntur pedamenta. quæ transuersa iunguntur, iuga: ab eo quoque uineæ iugatæ. Iugorum genera ferè quatuor, pertica, arundo, restes, uites. pertica, ut in falerno. arundo, ut in Arpino. restes, ut in

Brundisino. uites, ut in Mediolanensi. Iugationis species duæ, una directa, ut in agro canusino: altera compluicata in longitudinem & latitudinem iugata, ut in Italia pleraque. Hæc ubi domo nascuntur, vinea non metuit sumptum, ubi multa ex propinqua nulla, non ualde. Primum genus quod dixi, maxime querit salicta. secundum, arūdineta. tertium iunceta, aut eius generis rem aliquam. quartum arbusta, ubi traduces possint fieri uitium, ut Mediolanenses faciunt in arboribus, quas uocant opulos: Canusini in harundulatione in ficas. Pedamentum item fere quatuor generum. unum robustum, quod optimum sollet afferri in vineā è queru ac iuniperō, & uocatur ridicula. alterū palus è pertica, melior è dura, quod diuturnior: quem cum infimum terra uoluit, puter euertitur, & fit solidum summum. tertium, quod horū in opiae subsidio misit arūdinetum. inde enim aliquot colligatas libris dimittunt in tubulos fictiles, cū fundo pertuso, quos cuspides appellat, qua humor aduenticius transire possit. quartum est pedamentum natuum eius generis, ubi ex arboribus in arbores traductis uitibus vinea fit, quos traduces quidam rumpos appellant. Vineæ altitudinis modus, longitudo hominis. Inter ualla pedamentorum, qua boues iuncti arare possint. Ea minus sumptuosa vinea, quæ sine iugo ministeriat acratophoro unum. Huius genera duo. unū, in qua terra cubilia præbet uis, ut in Asia multis locis, quæ sæpe uulpibus, & hominibus fit communis. nec non si parit humus mures, minor fit uindemia: nisi totas vineas opplevis muscipulis, quod in insula Pandatharia faciunt. Alterum genus uineti, ubi ea modo remouetur à terra uitis, quæ ostendit se afferre uiam. sub eam, ubi nascitur una subiungunt circiter bipedales è surculis furcillæ, ne un-

G.iiij.

demia pereat, et uindemia facta denique discat pendere in palmam, aut funiculo, aut uincetu, quod antiqui uocabant cestum. Ibi dominus simul ac uidit occipitum uindemicatoris, furcillas reducit hibernatum in tecta, ut sine sumptu earum opera altero anno uti possit. Hac consuetudine in Italia utuntur Reatini. Haec ideo uarietas maxime, quod terra cuiusmodi sit, refert. ubi enim natura humida, ibi altius uitis tollenda, quod in partu, et alionio uinum non ut in calice querit aquam, sed solem. itaque ideo (ut arbitror) primum est uinea in arbores ascendi uitis.

C A P . I X .

Terram inquam, cuiusmodi sit refert, et ad quam rem bona, aut non bona sit. ea tribus modis dicitur, communi, proprio, et mixto. Communi, ut cum dicimus orbem terrae, et terram Italiam, ut quam aliam. in ea enim et lapis, et arena, et cetera eius generis sunt in nominando comprehensa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, que nullo alio uocabulo, neque cognomine adiecto appellatur. Tertio modo dicitur terra que est mixta in quo seri potest quid, et nasci, ut argillosa, aut lapidosa. sic aliæ, cu in hac species non minus sint multæ, quam in illa communi propter admixtiones. in illa enim cum sit dissimili ut ac potestate, partes permultæ, in quies, lapis, marmor, rudus, arena, sabulo, argilla, rubrica, puluis, creta, glareæ, carbunculus, id est, que sole perferue ita fit, ut radices satorum comburat. Ab ijs, que proprio nomine dicitur terra, cum est admixta ex his generibus aliqua re, tum dicitur aut cretosa, aut glareosa, et sic ab alijs generum discriminibus mixta, et uti horum uarietates, ita genera haec, ut præterea subtiliora sint alia. nam minimum in singula facies terrena, quod alia terra est ualde lapidosa,

alia mediocriter, alia propè pura. Sic de alijs generibus reliquis, admixtæ terræ tres gradus ascēdunt eosdem. Præterea hæ ipsæ ternæ species ternas in se habent alias, quòd partim sunt humidiores, partim aridiores, partim mediocres. neque non hæc discrimina pertinent ad fructus uehementer. Itaque periti in loco humidiore far adorem potius serunt, quàm triticum. contra in aridore hordeum potius, quàm far. in mediocri utrumque. Præterea etiam discrimina omnium horū generum subtiliora alia, ut in sabulosa terra, quòd ibi refert, sabulo albus sit, an rubicundus: quòd subalbus ad serendos surculos alienus, contra rubicundior appositus. Sic magna tria discrimina terræ, quòd refert utrum sit macra, an pinguis, an mediocris. quo ad culturam pinguis fœcundior ad multa, macra contra. Itaque in ijs, ut in Pupinia, neque arbores prolixas, neque uites feraces, neque stramenta uidere crassa possis, neque ficum mariscam, & arbores plerasque, ac prata retorrida, & muscosa. Cōtra in agro pingui, ut in Hetruria, licet uidere segetes fructuosas, ac restibiles, & arbores prolixas, & omnia sine musco. In mediocri autem terra, ut in Tyburti, quòd proprius accedit, ut non sit macra, quàm ut sit ieunda, eò ad omnes res cōmodior, quàm si inclinavit ad illud quod deterius. Stolo, Non male, inquit, quæ sit idonea terra ad calendum, aut non, Diophanes bithynius scribit signa sumi posse aut ex ipsa, aut ex ijs quæ nascuntur ex ea. ex ipsa, si sit terra alba, si nigra, si leuis, quæ cum fodatur, facile frietur, naturāque non sit cineritid, néue uehementer densa. Ex ijs autem, quæ endata sunt fera, si sunt prolixa, atque ea quæ ex ijs nasci debent, earum rerum feracia. Sed quod sequitur tertium illud de modis dice.

Ille Modos, quibus metarentur rura, alius alios constituit. Nam in Hispania ulteriore metiuntur iugis, in Campania uersibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugis. Iugum uocant, quod iuncti boves uno die exarare possint. Versum dicunt centum pedes quoquaversum quadratum. Iugerum, quod quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui et latus est pedes C X X. et longus totidem. is modus acuia Latine appellatur. Iugeri pars minima dicitur scrupulum, id est decem pedes in longitudinem, et latitudinem quadratum. Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subsidiū esse unciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, cum ad iugerum peruererunt: id habet scrupula CCLXXXVIII. quantum as. Antiquus noster ante bellum Punicum pendebat bina iugera, quod à Romulo primum diuisa dicebantur uiritim, quæ quod hæredem sequerentur, hæredium appellariunt. Hæc postea à centum, centuria dicta. Centuria est quadrata in omnes quatuor partes, ut habeat latera longa pedū $\infty \infty$ B. Hæ porrò quatuor centuriæ coniunctæ, ut sint in utranque partem binæ, appellantur in agris diuisis uiritim publicæ saltus.

In modo fundi nō animaduerso lapsi sunt multi, quod alij villam minus magnam fecerunt quam modus postulauit, alij maiorem, cum utrumque sit contra rem familiarem ac fructum. Maiora enim tecta et edificamus plures, et tuemur sumptu maiore. minora cum sunt quam postulat fundus, fructus solent disperire. Licinius, Dubium enim non est, quin cella uinaria maior sit facienda in eo agro, ubi uineta sint ampliora: ut horrea, si frumentarius ager est. Villam edificandam potissimum, ut intra septa

villæ habeat aquam: si non, quam proxime. Primum, quæ ibi sit nata: secundum, quæ influat perennis. Si omnino aqua non est uina, cisternæ faciundæ sub tectis, et lacus sub dio, ex altero loco ut homines, ex altero ut pecus uti possit.

C A P. X I I.

Dandam operam, ut potissimum sub radicibus montis silvestris villam ponas, ubi passiones sint laxæ, ita ut contra uentos, qui saluberrimi in agro flabunt. Quæ posita est ad exortus æquinoctiales aptissima, quod æstate habet umbram, hieme solem. Sin cogare secundum flumen ædificare, curandum ne aduersum eum ponas. Hieme enim fiet uehementer frigida, et æstate non salubris. Ad uertendum etiam si qua erunt loca palustria, et propter easdem causas, et quod arescunt, crescent animalia quædam minuta, quæ non possunt oculi consequi, et per aeræ intus in corpus per os, ac nares perueniunt, atque efficiunt difficilis morbos. Fundanius, Quid potero, inquit, facere, si istiusmodi mi fundus hereditate obuenerit, quo minus pestilentia noceat? Istuc uel ego possum respondere, inquit Agrius. Vendas quot assibus possis: aut si nequeas, relinquas. At Scrofa, Vitandum, inquit, ne in eas partes spectet villa, ex quibus uentus grauor afflare soleat. neque in conualli caua, et ut potius in sublimi loco ædifices. qui quod perflatur, si quod est quod aduersarium inferatur, facilius discutitur. Praeterea, quod ab sole toto die illustratur, salubrior est, quod et bestiolæ si quæ propè nascuntur et inferuntur, aut efflantur, aut aritudine cito pereunt. Nimbi repentinae, ac torrentes flumi, periculosi illis, qui in humilibus ac cauis locis ædifica habent, et repentinæ prædonum manus, quod impropositos faciliter opprimere possunt. Ab hoc utroque superiora lo-

et tertia.

C A P. X I I I.

In villa facienda stabula, ita ut bubilia sint ibi, hieme, quæ possint esse caldiora. Fructus, ut est uinum, et oleum, loco plano in cellis, item ut uasa uinaria, et olearia potius faciendum. Aridus, ut est faba et fœnum in tabulatis. Familia ubi uersetur prouidendum, si fessi operae, aut frigore, aut calore, ubi commodissime possint se quiete reciperare. Vilici proxime ianuam cællam esse oportet: cumque scire, qui introeat: aut exeat noctu, quidue ferat: præsertim si ostiarius est nemo. In primis culina uidenda, ut sit admota, quod ibi hieme antelucanis temporibus aliquot res conficiuntur, abus paratur, ac capitur. Faciendum etiam plaustris, ac cætero instrumento omni, quibus cælum pluuium inimicum, in cohorte ut satis magna sint tecta. haec enim si intra clausum in conserpto, et sub dio, furem modo non metuunt, aduersus tempestatem noxentem non resistunt. Cohortes in fundo magno duæ aptiores. una, ut interius compluuium habeat lacum, ubi aqua saliat, qui intra stylobatas cum uenit, sit semipiscina. Boues enim ex aruo æstate reducti hinc bibunt, hinc perfunduntur. nec minus è pabulo dum redierunt anseres, sues, porci. In chorte exteriore lacum esse oportet, ubi maneretur lupinum: item alia, quæ demissa in aquam ad usum aptiora sunt. Cohors exterior crebro operta stramentis ac palea, oculata pedibus pecudum, fit ministra fundo, ex ea quod euehatur. Secundum villam duo habere oportet sterquilinia, aut unum bifarium diuisum. alteram enim partem ferri oportet è villa nouam, alteram ueterem tolli in agru. quod enim infertur recens, minus bonum: id cum flacuit, melius. necnon sterquilinium melius illud, cuius latera, et summum uirgis ac fronde vindicatum

ab sole. Non enim sucum quem querit terra, solem ante exugere oportet. Itaque periti (qui possint) ut eò aqua influat, eo nomine faciunt. Sic enim maxime retinetur sucus. in eóque quidam sellas familiaricas ponunt. A Edificium facere oportet, sub quod tectum totam fundi subiçere possis messem, quod uocant quidam nubilarium. Id secundum aream faciendum, ubi tritus sis frumentum, magnitudine pro modo fundi ex una parti apertum, et id ab area, quo et in tritoram proruere facile possis, et si nubilare cœperit, inde ut rursus celeriter rejære. Fene stras habere oportet ex ea parti, unde commodissime perfari possit. Fundanius, Fructuosior, inquit, est certe fundus propter ædifica, si potius ad antiquorum diligen tiam, quam ad horum luxuriam dirigas ædificationem. Illi enim faciebant ad fructuum rationem, hi faciunt ad libidines indomitas. Itaque illorum uillæ rusticæ erant maioris quam urbanæ, quæ nunc sunt pleræque contra. illic laudabatur uilla, si habebat culinam rusticam bonam, præsepias laxas, cellam uinariam et olearium ad modum agri aptam, et pavimento procliui in lacum. quod sæpe, ubi conditum nouum uinum, orcae in Hispania feruore musti ruptæ, neque non et dolia in Italia. item cætera ut essent in uilla huiuscmodi, quæ cultura quæret, prouidebant. Nunc contra uillam urbanam quam maximam ac politissimam habeat, dant operam: ac cum Metelli, ac Luculli uillis pessimo publico ædificatis certat. quo hi laborant, ut spectent sua æstiuatriclinaria ad frigus orientis, hyberna ad solem occidentem, potius, quam ut antiqui, in quam partem cella uinaria, aut olearia fenestræ haberet, cum fructus in eo uinarius quærat ad dolia aera frigidorem, ita olearia caldorem. Item wide-

M. V A R R O N I S

re oportet, si est collis (nisi quid impedit) ut ibi potissimum
ponatur villa.

C A P. X I I I . I.

Nunc de septis, quæ tutandi causa fundi, aut partis fi-
ant, dicam. Earum tutelarum genera I I I I . unum na-
turale, alterum agreste, tertium militare, quartum fabri-
le. Horum unumquodque species habet plures. Primum
naturale sepimentum, quod obseri solet uirgultis aut spi-
nis, quod habet radices, ac uiuæ sepi, prætereuntis lasci-
ui non metuet faciem ardenter. Secunda sepes est ex agre-
sti ligno, sed non uuit. Fit aut palis statutis crebris, è uir-
gultis implicatis, aut latis perforatis, et per ea foramina
traiectis longurijs ferè binis aut ternis: aut ex arboribus
truncis demissis in terram, deinceps constitutis. Tertium
militare sepimentum est fossa, et terreus agger. sed fossa
ita idonea, si omnem aquam, quæ è cælo uenit, recipere
potest, aut fastigium habet, ut exeat è fundo Agger is bo-
nus, qui intrinsecus iunctus fossa, aut ita arduus, ut eum
transcendere non sit facile. Hoc genus sepes fieri secun-
dum vias publicas solent, et secundum amnes. Ad uiam
salariam, in agro Crustumino uidere licet locis aliquot
coniunctis aggeres cum fossis, ne flumen agris noceat. Ag-
geres qui faciunt sine fossa, eos quidam uocant muros, ut
in agro Reatino. Quartum fabrile sepimentum est nouis-
simum, maceria. Huius ferè species quatuor: quòd fiunt è
lapide, ut in agro Thusculano: quòd è lateribus coctilibus,
ut in agro Gallico: quòd è lateribus crudis, ut in agro Sa-
bino: quòd ex terra, et lapillis compositis in formis, ut in
Hispania, et agro Tarentino.

C A P. X V.

Præterea sine septis fines prædiij, sationis, notis arbo-
rum tutiores fiunt, ne familiæ rixentur cum uiciniis, ac li-
mites ex litibus iudicem querant. Serunt alij circum pi-

nos, ut habet uxor in sabinis. alijs cupressos, ut ego habui in Vesuvio . alijs ulmos, ut multi habent in Crustumino, quod ubi id pote, ut ibi: quod est campus, nulla potior serenda, quod maxime fructuosa, quod et sustinet sepem, ac colit aliquot corbulas uuarum, et frudem iucundissimam ministrat omnibus ac bubus, ac uirgas praebet sepibus, et foco, ac furno. Scrofa, Igitur primum haec quae dixi, quatuor uideda agricolæ, De fundi forma, terræ natura, de modo agri, de finibus tuendis.

C A P. X V I.

Relinquitur altera pars, quæ est extra fundum. Cuius appendices uehementer pertinent ad culturam, propter affinitatem. Eius species totidem: si uicina regio est infesta . si quo neque fructus nostros exportare expediat, neque inde quæ opus sunt, apportare . tertium, si uiæ, aut fluij qua portetur, aut non sunt, aut idonei non sunt. quartum, si quid ita est in confinibus fundis, ut nostris agris profit aut noceat . è queis quatuor, quod est primum: refert infesta regio sit, necne. Multos enim agros egregios colere non expedit, propter latrocinia uicinorum, ut in Sardinia quosdam qui sunt propè Celiem, et in Hispania propè Lusitaniam, quæ uicinitatis inuectos habent idoneos, quæ ibi nascuntur ubi uendant, et illinc inuectos opportunos ad ea quæ in fundo opus sunt, quod propterea sunt fructuosa . Multi enim habent in prædijs, quibus frumentum, aut uinum, aliudue quid deposit importandum. contrà, non pauci, quibus aliquod sit exportandum . Itaque sub urbe colere hortos late expedit, sic uolaria, ac rosaria. item multa, quæ urbs recipit, cum eadem in longinquò prædio, ubi non sit quo deferri possit uenale, non expediat colere. tertium est item, si ea oppida aut uiciæ, aut etiam diuitum copiosi agri ac uil-

M. V A R R O N I S

læ, unde non care emere possis, quæ opus sunt in fundum, quib[us]que quæ supersint uenire possint: ut quibusdam pedamenta, aut perticæ, aut arundo, fructuosior fit fundus, quam si longe sint importanda, nonnunquam etiam quam si colendo in tuo ea parare possis. Itaque in hoc genus coloni potius anniuersarios habent uicinos, quibus imperant medicos, fullones, fabros, quam in villa suos habeant: quorum nonnunquam unius artificis mors tollit fundi fructum. quam partem lati fundij diuites domesticæ copiae mandare solent. Si enim ab fundo longius absunt oppida aut uici, fabros parent, quos habeant in villa. sic cæteros necessarios artifices, ne de fundo familia ab opere discedat, ac profestis diebus ambulet feriata potius, quam opere faciendo agrum fructuosorem reddat. Itaque ideo Sasernæ liber præcipit, ne quis de fundo exeat præter uilicu[m], et promu[m], et unum quem uilicus legat. si quis contra exierit, ne impune abeat. si abierit, ut in uilicu[m] animaduertatur. Quod potius ita præcipiendū fuit, ne quis iniussu uilici exierit, neque uilicus iniussu domini longius, quam ut eodem die redierit, neque id crebrius, quam opus esset fundo. Quarto eundem fundum fructuosiorem faciunt uecturæ, si uiæ sunt, quæ plaustra agi facile possint: aut flumina propinqua, quæ nauigari possit. quibus utrisq[ue] rebus euehi atque inuehi, ad multa prædia scimus. Refert etiam ad fundi fructus, quemadmodum uicinus in confinio consitum agrum habeat. si enim ad limitem querætum habet, non possis recte secundum eam siluam serere oleam, quod usque eo est contrarium natura, ut arbores non solum minus ferant, sed etiam fugiant, ut introrsum in fundum se reclinent: ut uitis adsita ad olus facere solet. ut quercus, sic iuglandes magnæ et cre-

bræfinitimæ, fundiorā faciūt sterilem. C A P. X V I I.

De Fundi I I I I partibus, quæ cum solo hærent, et alteris I I I I, quæ extra fundum sunt, et ad culturam pertinent, dixi. Nunc dicā agri quibus rebus colātur. quas res alij diuidūt in duas partes, in homines, et adminicula hominum, sine quibus rebus colere non possunt. Alij in tres partes, instrumenti genus uocale, et semiuocale, et mutum. Uocale, in quo sunt serui. Semiuocale, in quo sunt boues. Mutum, in quo sunt flausta. Omnes agri coluntur hominibus seruis aut liberis, aut utrisque. Liberis, aut cum ipso colunt, ut plerique pauperculi cū sua progenie, aut mercenarijs, cum conducticijs liberorum operis res maiores, ut uindemias, ac fœnacia administrat: iisque quos obseratos nostri uocitarunt, et etiā nunc sunt in Asia, atque Aegypto, et in Illyrico cōplures. De quibus uniuersis hoc dico: Grāvia loca utilius esse mercenarijs colere, quam seruis, et in salubribus quoque locis opera rustica maiora, ut sunt in condēdis fructibus uindemiae, aut messis. De his cuiusmodi esse oporteat, Cassius scribit hæc: Operarios parados esse, qui labore ferre possint, ne minores annorum X X I I. et ad agriculturam dociles. Eam coniecturam fieri posse ex aliarum rerū imperatis, et more incolarum è nouitijs requisito ad priorem dominū quid facilitarent. Mācipia esse oportere neque formidolosa, neque animosa. Qui præsent esse oportere, qui literis, aliqua sint humanitate imbuti, frugi, ætate maiore, quam operarios, quos dixi. Facilius enim his, quam minoribus natu sunt dicto audiētes. Præterea potissimum eos præesse oportet, qui periti sint rerum rusticarum. non solum enim debere imperare, sed etiam facere, ut facientem imitentur, et ut animaduertant eum cum causa sibi præesse, quod sc̄tia præsteret et usu. Neque

H.i.

M. V A R R O N I S

illi concedendum, ita imperare, ut uerberibus cohercet potius quam uerbis, si modo idem efficere possit. neque eiusdem nationis plures parados esse. ex eo enim potissimum sole re offensiones domesticas fieri. Præfectus alacriores facundum præmijs: dandaque opera, ut habeant peculum, et coniunctas conseruas, è quibus habeant filios. eo enim sunt firmiores, ac coniunctiores fundo. Itaq; propter has cognationes epiroticæ familiæ sunt illustriores ac cariores. Ad iniiciendam uoluptatem his præfecturæ, honore aliquo habendi sunt. Et de operarijs, qui præstabunt aliqui, communicandum quoque cum ijs, quæ facienda sunt opera. quod ita cum fit, minus se putant despici, atque aliquo numero haberit à domino. Studiosiores ad opus fieri liberalius tractando, aut abarijs, aut uestitu largore, aut remissione operis, concessionéue, ut peculiare aliquid in fundo pascere licet, aut huiuscæmodi rerum alijs, ut quibus quid grauius sit imperatum, aut animaduersum, qui consolando eorum restituat uoluntatem, ac benevolentiam in dominum.

C A P . X V I I I .

De familia: Cato dirigit ad duas metas, ad certum modum agri, et genus sationis, scribens de oliuetis, et vineis, ut duas formulas. unam, in qua præcipit quomodo oliveum agri iugerum C C X L instruere oporteat. Dicit enim in eo modo haec, mancipia X I I I habenda, uilicum, uilicam, operarios V, bubulcos I I I, asinarium I, subulcum I, opilionem I. Alteram formulam scribit de uinearum iugeribus centum, ut dicat haberi oportere haec, X V mancipia, uilicum, uilicam, operarios X, bubulcum, asinarium, subulcum. Saferna scribit satis esse ad iugera V I I I hominem unum: ea debere eum confondere diebus X L V, tamet si quaternis operis singula iugera possit. sed relin-

quere se operas XIII, ualeitudini, tempestate, inertiæ, indulgentiæ. Licius, Horum neuter satis diluadet modulos reliquit nobis. Quod Cato si uoluit (ut debuit) uti proportione, ad maiorem fundum uel minorem adderemus, uel demeremus, extra familiam debuit dicere uilicu[m] et uiliam. Neque enim si minus CCXL iugera oliueti colas, non possis minus uno uilico habere: nec si bis tanto ampliorem fundum, ut eo plus colas, ideo duo uilici, aut tres habendi fuere. Operarij modo, et bubuli pro portione demendi, uel addendi, ad minores, maioresque modos fundorum. hi quoq[ue], si similis est ager. sin est ita dissimilis, ut totus arari non possit, ut si sit cōfragosus, atque arduus cliuis, minus multi opus sunt boues, et bubuli. Mitto illud, quod modum, neque unum, nec modicum proposuit CCXL iugerum. Modius enim centuria, et ea CC iugerum, è quo quum sexta pars sit ea XL, que de CCXL demuntur, non video quemadmodū ex eius præcepto demam sextam partem: et de XIII mancipijs nihilo magis si uilicu[m], et uilicam remouero, quemadmodum ex XI, sextam partem demam. Quod autem ait in C iugeribus uinearum opus esse XV mancipia, si quis habebit centuriam, quæ sit dimidium uineti, dimidium oliueti, sequetur, ut duo uilicos, et duas uilicas habeat, quod est deridiculum. Quare alia ratione modus mancipiorū generatim est animaduertendus, et magis in hoc Saserna probandus, qui ait singula iugera quaternis operis uno operario ad conficiendum satis esse. sed si hoc in Sasernæ fundo in Gallia satis fuit, non continuo idem in agro ligustico montano. Itaque de familiæ magnitudine, et reliquo instrumento commodissime scies, quantum pares, si tria animaduerteris diligenter. In uianitate prædia cuiusmodi sint, et quanta, et quot

H.ii.

quæque hominibus colantur : et quot additis operis aut
demptis melius, aut deterius habeas cultum. Biuiū enim
nobis ad culturam dedit natura, experientia, et imitatio-
nem. Antiquissimi agricultæ tentando pleraque constitue-
runt, liberi eorū magnam partem imitando. Nos utrumque
facere debemus, et imitari alios, et aliter ut faciamus ex-
perientia tentare quædam sequentes non a leam, sed ratio-
nē aliquam: ut si altius repastinaverimus, aut minus, quam
alij, quod momentū ea res habeat. ut fecerunt ij, m. sarien-
do ierū, et tertio, et qui insitones fculnas ex uerno tem-
pore in æstuum contulerunt.

C A P. X I X.

De reliqua parte instrumenti, quod semiuocale appelle-
latur, sa serna ad iugera C C. arū, boū iuga duo satis esse
scribit. Cato in oliuetis C C. X L. iugerum, boues trinos.
ita fit, ut Sa serna dicat uerū ad centum iugera, iugum opus
esse, si Cato ad octogenā. Sed ego neutrum horū ad omnem
agru conuenire puto, et utrumque ad aliquem. alia enim
terra facilior aut difficilior est alia. Terrā boues proscin-
dere nisi magnis uribus non possunt, et saepe fracta bu-
ra relinquent uomeres in aruo. Quo sequēdum nobis in
singulis fundis, dum sumus novicij, tripliā regula, superio-
ris domini instituto, et uianorum, et experientia quadā.
Quod addit asinos, qui sterlus uectent, treis, asinum mo-
larium, in una iugerum C. iugum boū, asincrū iugum,
asinum molarium: in hoc gener semiuocalium, adjiciendū
de pecore, ea sola, quæ agri colendi causa erunt, ut solent
esse recuaria, pauca habenda, quo facilius mancipia, quæ
solent se tueri, et assidua esse possint. In eo numero non
modo qui prata habent, ut potius oves quam sues ha-
beant, curant, sed etiam qui prata non habent, quia non
solum pratorum causa habere debent, sed etiam propter

stercus.

C A P. X X.

Igitur de omnibus quadrupedibus prima est probatio, qui idonei sint boves, qui arandi causa emuntur, quos ruidis, neque minoris trimos, neque maioris quadrimos parandū. ut viribus magnis sint, ac pares, ne in opere firmior imbecilliorem cōficiat: amplis cornibus, & nigris potius quam aliter: ut sint lata frōxe, naribus simis, lato pectore, crassis coxendicibus. Hos ueteranos ex campestribus locis emendum, non in dura ac montana: nec nō, ita si midit, ut sit uitandum. Nouellos cum quis emerit iuencos, si eorum colla in furcas destitutas incluserit, ac dederit cibū, diebus paucis erunt mansueti, & ad domandum proni. Tum ita subigendum, ut minutatim assuefiant, & ut tironem cum ueterano adiūgant. imitando enim facilius do matur. & primum in æquo loco, & sine aratro, tum eoleui, & principio per arenam, ut molliorem terrā. Quos ad ueluturas item instituendum, ut inania primum ducat pluſtra, & si possis, per uicum aut oppidum creber crepitus, ac uarietas rerum consuetudine celerima ad utilitatem adducit. Neque pertinaciter, quē feceris dexterum, in eo manendum. Quod si alternis fit sinister, fit laborati in alterutra parte requies. Vbi terra leuis, ut in Cāpania, ibi non bubus grauibus, sed uaccis aut asinis quod arant, eò facilius ad aratum leue adduci possunt, ad molas, & ad ea, siquæ sunt, quæ in fundo conueniuntur. In qua re alijs asellis, alijs uaccis ac mulis utitur, exinde ut publi facultas est. nā facilius asellus, quam uaca alitur, sed fructuofior hæc. In eo agricolæ hoc spectandum, quo fastigio sit fundus. in confragoso enim, ac difficiili hæc ualentiora parandum, & potius ea, quæ plus fructum reddere possint, cum idem operis faciant.

H. iij.

M. V A R R O N I S

C A P. X X I.

Canes potius cum dignitate, et acres paucos habendū, quām multos. quos consuefas potius noctu uigilare, et interdiu clausos dormire. De indomitis quadrupedibus, ac pecore faciendum. Si prata sunt in fundo, neque pecus habet, danda opera, ut pabulo uendito, alienum pecus in suo fundo pascat, ac stabulet.

C A P. X X I I.

De reliquo instrumento muto, in quo sunt corbulæ, et dolia, sic alia, hæc præcipienda. Quæ nasci in fundo, ac fieri à domesticis poterūt, eorū nequid ematur, ut ferè sunt, quæ ex uiminibus, et materia rustica fiunt, ut corbes, fiscinæ, tribula, mallei, rastelli. Sic quæ fiunt de canabi, lino, iunco, palma, scirpo, ut funes, restes, tegetes. Quæ è fundo sumi non poterunt, ea si empta erunt potius ad utilitatem, quām ob speciem, sumptu fructum nō extenuabunt. eo magis, si inde empta erūt potissimum, ubi ea et bona, et proxime, et uilissimo emi poterunt. Cuius instrumenti uaria discrimina, ac multitudo agri magnitudine finitur, quod plura opus sunt, si fines distant late. Itaque stolo inquit, Proposita magnitudine fundi, de eo genere Cato scribit, Oliueti iugera C C X L qui coleret, eū instruere ita oportere, ut faceret uasa olearia iuga V. quæ membratim enumerat, ut ex ære ahened, urceos, nassiternam: item alia sic è ligno, et ferro, ut plostra maiora tria, aratra cum uomeribus sex, crates stercorarias quatuor, item alia. sic de ferramentis quæ sint, et quot opus ad multitudinem, ut ferreas octo, surcula totidem, dimidio minus palas, item alia. Item alteram formulā instrumenti fundi uinarij fecit, in qua scribit, si sit centum iugerū, habere oportere uasa torcularia instructa trina, dolia cum operculis culleorū octingenitorum, acinaria XX, frumentaria XX. Item eiusmo-

di alia, que minus multa quidem alij, sed tantum numerū culleorum scripsisse puto, ne cogeretur quotannis uendere uinum. Vetera enim quām noua, et eadem alio tēpore, quām alio pluris. Item sic de ferramentorū uarietate scribit permulta, et genere, et multitudine qua sint, ut falces, palas, rastros. Sic alia, quorum nonnulla genera species ha-
bent plures, ut falces. nam dicuntur ab eodem scriptore ui-
neaticæ opus esse sex, sirpiculæ V, siluaticæ V, arborariæ
III, et rustariæ X. Hic hæc. At Scrofa, instrumentum,
et supellectilem rusticā omnem oportet habere scriptam in
urbe et rure dominū. uilium contra ea ruri omnia certo
fuo quæq; loco ad uillā debent esse posita. Quæ nō possunt
esse sub clavi, quām maxime facere ut sint in cōspectu opor-
tet, eo magis ea, quæ in rariore sunt usu, ut quibus in uin-
demia utuntur, ut corbulæ, et sic alia. quæ enim res quo-
tidie uidentur, minus metuunt furem. C A P. XXIII.

suscipit Agrafius, Et quoniam habemus illa duo pri-
ma, ex diuisione quadripartita, de fundo, et de instru-
mento, quo coli solet, de tertia parte expecto. Scrofa,
Quoniam fructum, inquit, arbitror esse fundi eum, qui ex
eo satus nascitur utilis ad aliquam rem, duo considerādā,
quæ, et quo quidque loco maxime expeditat serere. alia
enim loca apposita sunt ad fœnum, alia ad frumentum,
alia ad uinum, alia ad oleū. Sic ad pabulū quæ pertinent,
in quo est ocymum, farrago, uicia, medica, cytisum, lupinū.
Neque in pingui terra omnia seruntur recte, neque in ma-
cra nihil. Rectius enim in tenuiore terra ea, quæ nō multo
indigent suco, ut cytisum, et legumina, præter cicēr: hoc
enim quoque legumen, ut cætera, quæ uelluntur è terra,
non subsecantur: quæ quod ita leguntur, legumina dicta. in
pingui rectius, quæ cibi sunt maioris, ut holus, triticum,

H.iii.

siligo, linum. Quædam etiam serenda non tam propter
 præsentem fructum, quæm in annum prospicentem, quod
 ibi subsecta atque relicta terram faciunt meliorem. Itaque
 lupinum cum necdum siliculam cepit, et nonnunquam fa-
 balia, si ad siliquas non ita peruenit ut fabam legere ex-
 pediat, si ager macrior est, pro stercore marare solet. Nec
 minus ea discriminanda in conserundo, quæ sunt fructuo-
 sa, propter uoluptatem, ut quæ pomaria ac floralia appellan-
 tur. Item illa quæ ad hominum uictum ac sensum, delecta-
 tionemq; non pertinent, neque ab agri utilitate sunt dijun-
 cta. Idoneus locus eligendus ubi facias salictum et arun-
 dinetum, sic alia quæ humidum locum querunt. Contra,
 ubi segetes frumentarias, ibi fabam potissimum seras. Item
 alia, quæ arida loca sequuntur: sicut umbrosis locis alia
 seras, ut corruda, quæd ita petit asparagus: et apricis, ut ibi
 seras molam, et hortos facias, quod ea sole nutricantur. Sic
 alia et alio loco serunda, ut habeas umbras, unde uten-
 do quid facias, ut sirpeas, uallos, crates. Alio loco ut seras,
 ac colas siluam cæduam, alio ubi aucupare. Sic ubi can-
 nabim, linum, iuncum, spartum, unde nectas bubus pa-
 leas, lineas, restes, funes. quædā loca eadem, alia ad seren-
 dum idonea. Nam et in recentibus pomarijs desitis semi-
 nibus, in ordinemque arbusculis positis primis annis ante
 quæm radices longius procedere possint, alijs conserunt hor-
 tos, alijs quid aliud. neque cum conualuerunt arbores, idem
 faciunt, ne violent radices. stolo, Quod ad haec perti-
 net, Cato non male quod scribit de sationibus, Ager cras-
 sus et laetus. si sit sine arboribus, eum agrum frumenta-
 rium fieri oportere. idem ager si nebulosus sit, rapa, ra-
 phanos, mulium, panicum. C A P . X X I I I .

In agro crasso et calido oleam conditaneam, radium

maiorem, sallentinam, orchitem, poseam, serianam, colminiam, albicerem: quam earum in his locis optimam dicent esse, eam maxime serere. Agrum oliueto conserundo, nisi qui muuentum fauonium spectet, et soli ostentus sit, alium bonum nullum esse. Qui ager frigidior, et macrior sit, ibi oleam licinianam seri oportere. Si in loco crassio, aut calido posueris, hostum nequam fieri, et ferendo arborem perire, et muscum rubrum molestum esse. Hostum uocant, quod ex uno facto olei reficitur. Factum dicunt, quod uno tempore conficiunt. quem alij C L X. aiunt esse modiorum, alij ita minus magnum, ut ad C X X, descendat et exinde, ut uasa olearia quot, et quanta habeant, quibus conficiunt illud. Quod Cato ait circum fundum ulmos et populos, unde frons omnibus et bubus sit, et materies seri oportere. Sed hoc neque in omnibus fundis opus est, neque in quibus est opus, propter frondem maxime, sine detrimento ponuntur ab septentrionali plaga, quod non officiunt soli. Ille adjicit ab eodem scriptore, si locus humectus sit, ibi cacumina populorum serunda, et arundinetum. id prius bipalio uerti, ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio seri, ibi quoque corrudam, unde asparagi fiant, aptam esse utrique eandem ferè culturam. salicem Græcam circum arundinetum seri oportere, uti sit qui iutis alligari possit. C A P. XXV.

Vinea quo in agro serunda sit, sic obseruandum. Qui locus optimus uino sit, et ostentus soli, amineum minusculum, et geminum eugeneum, helueolum minusculum seri oportere. Qui locus crassior sit, aut nebulosus, ibi amineū maius, aut murgentinum, apicum, lucanum seri. Cæteras uites, et de his miscellas maxime in omne genus agri conuenire.

M. V A R R O N I S

C A P. X X V I.

In omni vinea diligenter obseruant, ut ridica uitis ab septentrione uersus tegatur. Et si cupressos viuas pro ridicis inserunt, alternos ordines imponunt: neque eas crescere altius, quam ridicas patiuntur. neque propter eas adserunt uites, quod inter se haec inimica. Agrius Fundatio, Vereor, inquit, ne ante aeditimus ueniat huc, quam hic ad quartum aëtum. uindemiam enim expecto. Bono animo es, inquit Scrofa: ac fiscinam expedi, et urnam.

C A P. X X V I I.

Et quoniam tempora duorum generum sunt, unum annale, quod sol circuitu suo finit: alterum menstruum, quod luna circumiens comprehendit: prius dicam de sole. Eius cursus annalis primum fere circiter ternis mensibus ad fructus est diuisus in IIII partes, et idem subtilius sesquimesibus in V III. In quatuor, quod diuiditur in uer, et aestatem, et autumnum, et hiemem. Vere stationes quedam sunt. terrā rudem proscindere oportet. quae sunt ex ea enata, prius quam ex ijs quid seminis cedat, ut sint exradicata. et simul glēbis ab sole percalefactis aptiores facere ad accipiedū imbrē, et ad opus faciliores, relaxatas. neque ea minus bis arandū, ter melius. AEstate fieri messes oportere. Autūno siccis tēpestatis uindemias, ac silvas excoli cōmodissime: tunc præcidi arbores oportere secundū terram. Radices autem prioribus imbribus ut effodian- tur, nequid ex his nasci possit. Hieme putari arbores duntaxat his temporibus cum gelu corticēs, et imbribus ca- reant, et glacie.

C A P. X X V I I I.

Dies primus est ueris in Aquario, aestatis in Tauro, au- tumni in Leone, hiemis in Scorpione. Cū unius cuiusque horum quatuor signorū dies tertius et uicesimus, quatuor

temporum sit primus, efficitur ut uer dies habeat XC I,
æstas XC I V, autumnus XC I hyems XXCI X. Quæ re
dacta ad dies ciuiles nostros qui nūc sunt primi uerni tē
poris ex a.d. VII. Id. Feb. æstui ex a. d. VII. Idib. Maij.
autumnales ex a.d. VII. Idib. Sext. hiberni ex a.d. IV.
Id. Nouemb. subtilius discretis tēporibus obseruanda quæ
dā sunt, edique in partes VII I I diuidūtur. Primum à fau
nio ad æquinoctium uernū dies XL. hinc ad Vergiliarū
exortum dies XL I V. ab hoc ad solstitium dies XL II X.
inde ad Caniculæ signum dies XXIX. dein ad æquinoctiū
autumnale dies LXVII. exim ad Vergiliarum occasum
dies XXXII. ab hoc ad brumam dies LVII. inde ad
fauonium dies XL V.

C A P. XXIX.

In primo interualllo inter fauonium, et æquinoctium
uernum hæc fieri oportet. Seminaria omne genus ut se
rantur. putari in primis, circum uites ablaqueari: radi
ces, quæ in summa terra sunt, præcidi: prata purgari, sa
licita seri, segetes sarire. Segetes dicitur, quod aratum sa
tum est. aruum, quod aratum, nec dum satum est. Non a
lis, ubi satum fuit ante, quam secunda aratione renoue
tur. Rursum terram cum primum arant, proscindere ap
pellant. cum iterum, offringere dicunt: quod prima ara
tione glæbæ grandes, solent excitari, cum iteratur, offrin
gere uocant. tertio cum arant iacto semine, boues lirare
dicuntur. id est, cum tabellis additis ad uomerem simul, et
satum frumentum operiunt in porcis, et sulcant fossas,
quod pluia aqua delabatur. nonnulli postea, qui segetes
non tam latas habent (ut in Appulia) id genus prædiū per
saritores occare solent, siquæ in porcis relicte grandio
res sunt glæbæ. Qua aratrium uomere lacunam striam
fecit, sulcus uocatur. Quod est inter duos sulcos elata ter

M. V A R R O N I S

ra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porrit. Sic quoque exta deis cum dabant, porriere dicebant.

C A P. X X X.

Secundo intervallo inter uernum æquinoctium, et uergiliarum exortum haec fieri: Segeæs runari, herbam è segetibus expurgari, boves terram prosandere, salixem cœdi, prata defendi. quæ superiore tempore fieri oportuerit, et non sunt absoluta ante quam geminas agant ac florescere incipient, fieri. Quod si quæ folia amittere solent, ante frondere incepint, statim ad serendum idoneæ non sunt. Oleam seri, interpretarique oportet.

C A P. X X X I.

Tertio intervallo inter uergiliarum exortum et solstictium haec fieri debent. Vineas nouellias fodere, aut arare, et postea occidere, id est communuere, ne sit glæba. quod ita occidunt, occidere dicunt. Vites pampinari, sed à sciente. nam id, quam putare maius, neque in arbusto, sed in uinea fieri. Pampinare est ex sarmento coles, qui nati sunt, de ijs, qui plurimum ualent, primum, ac secundū, nonnunquam etiam tertium relinqueret, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmenntum nequeat ministrare sucum. Ideo in uitiario primitus cum exit uitis, tota resecari solet, ut firmore sarmento è terra exeat, neque in pariendis colibus uiires habeat maiores. Eiuncadum enim sarmenntum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest ejacere uitem, quam uocant minorem flagellum, maiorem etiam unde uiæ nascuntur, palmam. prior litera una mutata declinata à uenti flatu, similiter flabellum ac flagellum. posterior quo ea uitis immittitur ad uias pariendas, dicta primo uidetur à pariendo parilema: ex in mutatis literis, ut in multis, dici cœpta palma. Ex altera parte caprea di-

Etia, quod parit capreolū. is est coliculus uiteus intortus, ut cinamus. is enim uites ut teneat, serpit ad locum capiendum. ex quo à capiendo capreolus dictus. Omne pabulum, primum ocytum, farraginem, uiciam, nouissime fœnum scari. Ocum dictum à Græco uerbo ὄνειως, quod ualeat ato. Similiter quo ocimum in horto. Hoc amplius dicatum ocum, quod citat alium bubus, & ideo ijs datur ut purgantur, id ex pabuli segete uiride sectum ante quam genat siliquas. Contra, ex segete, ubi sata admixta ordeum & uina, & leguminis pabuli aua uiridia. quod farro cæsa, farrago dicta, aut nisi quod primum in farracia segete seri cæptum. Ea equi, & iumenta cætera uerno tempore purgantur, ac saginantur. Vicia dicta à uinciendo, quod item capreolos habet ut uitis, quibuscum sursum uersum serpit ad scapum lupini, aliūmque quē, ut hæretat, id solet uincire. Si prata irrigua habebis, simulac fœnum sustuleris, irrigare. In poma, quæ insita erunt, si ctitatibus aquam addi quotidie. à quo quod indigent potu, poma dicta esse possunt.

C A P. XXXII.

Quarto interuallo inter solstitium, & caniculam plerique messem faciunt, quod frumentum dicant quindecim diebus esse in uaginis, quindecim florere, quindecim exarescere, cum sit maturū. Arationes absoluī, quæ eo fructuosiores sunt, quo calidore terra aratur. Cū proscideris, offrungi oportet, id est iterare, ut frangantur glæbæ. prima enim aratione grandes glæbæ ex terra scanduntur. Serendum uiciam, lentem, circulam, eruoram, cæteraque, quæ alijs leguminis, alijs (ut Gallicani quidam) legaria appellant, utraque dicta à legendo, quod ea non secantur, sed uellendo leguntur. Vineas ueteres iterum occare, nouellas etiam tertio, si sunt etiam tum glæbæ.

M. V A R R O N I S

C A P. X X X I I .

Quinto interuallo inter caniculā, & æquinoctium
autumnale oportet stramenta desecari, & aëruos con-
strui, aratro offringi, frondem cædi, prata irrigua iterum
secari.

C A P. X X X I I I .

Sexto interuallo ab æquinoctio autumnali incipere
scribunt oportere serere, usque ad diem X C I. post bru-
mam, nisi quæ necessaria causa coegerit, non serere;
quòd tantum intersit, ut ante brumam sata, septimo die:
quæ à bruma sata, X L die uix existant. neque ante æqui-
noctium incipi oportere putant. quòd si minus idoneæ tem-
pestates sint consecutæ, putescere semina soleant. Fabam
optime seri in uergiliarum occasu. Vnas autem legere, &
uindemiam facere inter æquinoctium autumnale, & uer-
giliarum occasum. Dem uites putare incipere, & propa-
gare, & serere poma. Hæc aliquot regionibus, ubi ma-
turius frigora fiunt asperiora, melius uerno tempore.

C A P. X X X V .

Septimo interuallo inter uergiliarum occasum, & bru-
mam, hæc fieri oportere dicunt. Serere lilium, & crocum,
quod iam egit radicem: rosam, ea anaditur radicus in
uirulas palmares, & obruitur, hæc eadem postea trans-
fertur facta uiu radix. Violaria in fundo facere non est
utile, ideo quòd necesse est è terra ad ea obruenda pului-
nos fieri, quos irrigationes, & pluviæ tempestates abliuit,
& agrum faciunt macriorem. Ab fauonio usque ad ar-
cturi exortum recte serpullū è seminario transferri quod
dictum ab eo quòd serpit. Fossas nouas fodere. ueteres ter-
gere. vineas, arbustūmque putare, dum in X V. diebus
ante & post brumam, ut pleraque ne facias: nec non tum
aliquid recte seritur, ut ulmi.

CAP. XXXVI.

Octauo interuallo inter brumam & fauonium hæc fieri oportet. de segetibus, si qua est aqua, deduci: sin sicutates sunt, et terra teneritudinem habet, sarire. vineas, ar bustaque futare. Cum in agris opus fieri non potest, quæ sub tecto possunt, tunc confienda antelucano tempore hy bernos. Quæ dixi, scripta, & posita habere in villa oportet, maxime ut uicus norit. C A P. XXXVII.

Dies lunares quoque obseruandi, qui quodammodo bipartiti. Quod à noua luna crescit ad plenam, et inde rursus ad nouam lunam decrescit, quod ueniat ad inter mestrum, è quo die dicitur luna esse extrema, et prima, à quo eum diem Athenis appellant ἡμέρα νέαντερ, τριαντάριον. quædam facienda in agris potius crescente luna quam senescente. quædam contra, quæ metas ut frumenta, et cæduam syluam. Ego ista etiam, inquit Agrarius, non solū in ouibus tondendis, sed in meo capillo à patre acceptum seruo, ni decrescente luna tondens calvus fiam. Agrius, quemadmodum, inquit, luna quadripartita? & quid ea diuisio ad agros pollet? Tremellius, Nunquam rure audiisti, inquit, octauo ianam lunam & crescentem, & contra senescentem, & quæ crescente luna fieri oporteret, & tamen quædam melius fieri post octauo ianam lunam, quam ante? et si quæ senescente fieri conueniret, melius quanto minus haberet ignis id astrum? Dixi de quadripartita forma culturæ agri. Stolo, Est altera, inquit, temporum diuisio coniuncta quodammodo cum sole, & luna, quæ in sex partita, quod omnis ferè fructus quinto denique gradu peruenit ad perfectum, ac uidet in villa dolium, ac modium. unde sexto prodit ad usum. Primo præparandum, secundo serendum, tertio nutricandum, quarto legendum, quinto con-

M. V A R R O N I S

dendum, sexto promendum. Ad alia in præparando, faciendi scrobes, aut repastinandum, aut sulcandum, ut si arbustum, aut pomarium facere uelis. Ad alia arandum, aut fodiendum, ut si segetes instituas. Ad quædam bipalio uertenda terra, plus, aut minus. aliæ enim radices angustus diffundunt, ut cupressi. aliæ latius, ut platani, usque eo, ut Theophrastus scribat, Athenis in Lyæo, cum etiam nunc platanus nouella esset, radices trium et triginta cubitorum egisse. Quædam si bubus, et aratro prosaderis; et iterandum ante, quam semen iactes. Item præparatio siquæ sit in pratis, id est, ut defendatur à pastione, quod fere obseruant à piro florente, si irrigua sunt, ut tempeste uee irrigentur.

C A P. XXXVIII.

Quæ loca in agro sterco randa uidendum, et qui, et quo genere potissimum facias: nam discrimina eius aliquot. Stercus optimum scribit esse Cassius uolucrīū, præter palustrium, ac nantium. De hisce præstare columbinum, quod sit calidissimum, ac fermentare possit terram. Id ut semen aspergi oportere in agro, non ut de peatre cœruatim ponī. Ego arbitror præstare ex auia rijs turdorum ac merularum, quod non solum ad agrum utile, sed etiam ad cibum, ita bubus, ac subus, ut fiant pingues. Itaque qui auia ria conducunt, si caueat dominus, stercus ut in fundo maneat, minoris conducunt quam ij, quibus id accedit. Cassius secundum columbinum scribit esse hominis. Tertio caprinum, et ouillum, et asininum. Minime bonum equinum, sed in segetes. in prata enim uel optimum ut cœterarum ueterinarum, quæ ordeo pascentur, quod multam facit herbam. Sterquilinium secundum nullam facere oportet, ut quam paucissimis operis egeratur. In eo si in medio robusta aliqua materia sit depacta,

negant serpentem nasci. C A P. XXXIX.

Sationis autem gradus secundus hanc habet natu-
ram, ad quod tempus cuiusque seminis apta sit ad seren-
dum. Nam refert in agro ad quā partem cæli quisque lo-
cus spectet, sic ad quod quæque tempus res facillime cre-
sat. Nónne uideamus alia florere uerno tempore, alia æsti-
uo: neque eadem autumnali, quæ hyberno? Itaque alia se-
runtur, atque inseruntur, et metuntur ante, aut post,
quām alia. et cum pleraque uere melius, quām autumno
inserantur, circiter solsticiū inseri ficos, necnon brumali-
bus diebus cerasos? Quare cum semina ferè quatuor sint
generum, quæ trans ferūtur è terra in terram, uiu iradi-
ces: quæ ex arboribus dempta demittuntur in humū, quæ
inseruntur ex arboribus in arbores, de singulis rebus ui-
dendū, quæ quoque tempore locoque facias. C A P. XL.

Primum semen quod est principium genendi, id du-
plex. unum, quod latet nostrum sensum: alterum, quod
apertum. Latet, si sunt semina in aere, ut ait physicus
Anaxagoras: et si aqua, quæ influit in agrum inferre so-
let, ut scribit Theophrastus. Illud quod apparet ad agri-
colas, id uidendum diligenter. quædam enim ad genen-
dum propterea usque adeo parua, ut sint obscura: ut cu-
pressi. non enim galbuli, qui nascuntur, id est tanquam pi-
læ paruae corticæ id semen, sed in ijs intus primigenia se-
mina dedit natura. Reliqua inuenit experientia coloni.
Num prima, quæ sine colono, prius quam sata, nata? Secun-
da, quæ ex ijs collecta, neque prius quam sata nata. Prima
semina uidere oportet, ne uetus state sint exsucta, aut ne sint
admixta, aut ne propter similitudinem sint adulterinae.
Semen uetus tantum ualeat in quibusdam rebus, ut natu-
ram commutet. nam ex semine brassicæ ueteri sato nasci

I.i.

M. V A R R O N I S

diunt rapa, & contrà ex raporū brassicam. secunda se-
mina uidere oportet, ne unde tollas, nimium cito, aut tar-
de tollas. Tempus enim idoneum, quod scribit Theophra-
stus, uere, & autumno, & caniculæ exortu: neq; omnibus
locis ac generibus idem. In siccō & macro loco, & argil-
loso, uernum tempus idoneum, quo minus habet humoris.
In terra bona ac pingui, autumno, quod uere multis hu-
mor. quam sationem quidā metiuntur ferè diebus XXX.
Tertium genus seminis, quod ex arbore per surculos defer-
tur in terram, sic in humum demittitur, ut in quibusdam
tamen sit uidendum, ut eo tempore sit deplantatum quo
oportet. Id enim fit ante, quā gemmare, aut florere quid
incipit, & quæ de arbore transferas, ut ea deplantes po-
tius quā defringas: quod plantæ solum stabilius, quo la-
tius, ut radices facilius mittat. ea celeriter antequam su-
cis exarescat, in terram demittunt. Demum in oleagineis
seminibus arbores uidendum, ut sit de tenero ramo ex
utraque parte æquabiliter præcīsum, quas alij clauolas,
alij taleas appellant, ac faciunt circiter pedales. Quar-
tum genus seminis, quod transit ex arbore in aliam. Vi-
dendum, qua ex arbore in quā transferatur, & quo tem-
pore, & quemadmodū obligetur. non enim pirum recipit
quercus, neque enim si malus pirū. Hoc sequuntur multi,
qui aruspices audiunt multū, à quibus proditum in sin-
gulis arboribus quot genera iſſita sint, uno ictu tot fulmi-
na fieri illud, quod fulmen concepit, si in pirū siluaticam
inſeueriſ pirum quamvis bonam, non fore tam iucundum,
quā si in eam, quæ silueſtris non ſit. In quancunque ar-
borem inseras, si eiusdē generis eſt duntaxat, ut ſit utraq;
malus, ita inserere oportet, referentem ad fructum, melio-
ri genere, ut ſit ſurculus, quā est, quo ueniat arbor. Eſt

altera species ex arbore in arbore inserēdi nuper animaduersa in arboribus propinquis. Ex arbore, ē qua quis mult habere surculum, in eam, quam inserere mult, ramulū traducit, et in eius ramo præcisō, ac difisso implicat. eum locum qui cōtingit ex utraque parte, quod intro est falce extenuatur, ita ut ex una parte, quod cælū visurum est, corticem cum cortice exæquatum habeat. Eius ramuli, quem insereret cacumen ut directum sit ad cælum, curat. Postero anno cum comprehendit, unde propagatum est, ab altera arbore præcidit.

C A P. X L I.

Quo tempore quæque transferas, hæc in primis uidenda, quod quæ prius uerno tempore inserebantur, nunc etiam solstitiali, ut ficus, quod densa materia non est, et ideo sequitur caldorem. A quo sit, ut in locis frigidis ficiæta fieri non possint. Aqua recenti insito inimica. tenellum enim cito facit putre. Itaque quod inseritur caniculæ signo, commodissime existimatur inseri. quæ autem natura minus sunt mollia, uas aliquod supra alligant, unde stillet lēte aqua, ne prius exarescat surculus, quam coalescat. cuius surculi corticem integrum seruandum, et eum sic exacuendum, ut non denudes medullā. ne extrinsecus imbræ noceant, aut nimius calor, argilla oblinendum, ac libro obligandum. Itaque uitem triduo ante quam inserat, desecat, ut qui in ea nimius est humor diffuat ante, quam inseratur. at in qua inserunt, in ea paulo infra, quam insitum est, incidunt: unde humor adueticius effluere possit. contrà in fico, et malo punica, et si qua etiam horū natura aridiora, continuo. In alijs translationibus uidendum, ut quod transferat in cacumen, habeat gemmam, ut in ficiis. De his primis quatuor generibus seminum, quædam quod tardiora, surculis potius utendū, ut in ficiis faciunt.

I.ij.

M. V A R R O N I S

Fici enim semen naturale intus in ea fico, quam edimus. quæ sunt minuta grana, è quibus parvus, quod enasceri coliculi uix queunt. Omnia enim minuta et arida, ad crescendum tarda, ea quæ laxiora et fœcundiora, ut fœminæ, quam mas, ex proportione in uirgultis item. itaque ficus, malus punica, et uitis propter fœminæam mollitiam ad crescendum prona. Contra palma, et cypressus, et olea in crescendo tarda. in hoc enim humidiora, quam aridiora. quare ex terra potius in seminarijs surculos de ficio, quam grana de fico expedit obruere: præter si aliter nequeas: ut si quædo quis trans mare semina mittere, aut inde petere vult. tum enim resticulas per ficos, quas edimus, maturas perferunt, et eas cum inaruerunt, complicant, ac quò uolunt mittunt, ubi obrutæ in seminario pariant. Sic genera fiorū, Chiæ, ac Chalcidicæ, et Lydiæ, et Africanae: item cætera transmarina in Italiam perlata. Simili de causa oleæ semen cum sit nucleus, quod ex eo tardius enasceretur colis, quam è taleis, ideo potius in seminarijs taleas, quas dixi, serimus.

C A P. X L I I.

De medica in primis obserues, ne in terram nimium aridam, aut uariam, sed temperatam semen demittas. in iugerum unum, si est natura temperata terra, scribunt opus esse medicæ sesquimodium. id seritur ita, ut semen iactatur, quemadmodum salicet cum pabulum, et frumentum seritur.

C A P. X L I I I.

Cytisum seritur in terra bene subacta tanquam semen brassicæ, inde differtur, et in sesquipedem ponitur. aut etiam de cytiso duriore uirgulæ deplantantur, et ita pangitur in serendo.

C A P. X L I I I I.

Seruntur fabæ modij IIII in iugero, tritici V, ordei VI, farris X. Sed nonnullis locis paulo amplius, aut minus.

si enim locus crassus plus: si macer, minus. quare obseruabis quantum in ea regione cōsuetudo erit serēdi: ut tantum facias, quantum ualeat regio, ac genus terræ. ut ex eodem semine aliubi, cum decimo redeat, aliubi cum quindecimo, ut in Hetruria, et locis aliquot in Italia. In Sybaritano dicunt etiā cum centesimo redire solitum. in Syria ad Garada, et in Africa ad Byzantium item ex modo nasci cēntum. Illud quoque multū interest in rudi terra, an in ea seras, quæ quotannis obſita ſit, quæ uocatur restibilis: an in ueruacto, quæ interdum requierit. Cui Agrius, In Olynthia quotannis restibilia eſſe dicunt, ſed ita ut tertio quoque anno ubiores ferant fructus. Licinius, Agrum alternis annis relinqui oportet, aut paulo leuioribus fationibus ſerere, id eſt, quæ minus ſugunt terram. Dicitur, inquit Agrius, de tertio gradu, De nutritionibus, atque alimonijs eorum. Licinius, Quæ natā ſunt, inquit, in fundo aleſcunt, adulta concipiunt, prægnantia cum ſunt, matura pariunt poma, aut ſpicā, ſic alia ſimile ei, à quo profeſtum, redit ſemen. Itaque ſi florem, acerbūmque pirū, aliudue quid decerpferis, in eodem loco, eodem anno, nihil renaſcitur, quod prægnationis idem bis habere non potest. ut enim mulieres habent ad partum dies certos, ſic arbores ac fruges. C A P. X L V.

Primum plerunque è terra exit ordeñ diebus VII. nec multo poſt triticum. Legumina ferè quatriduo, aut quinque diebus, præterquā faba. ea enim ſerius aliquanto prodit ſeges. Ostendit idem milium, et ſesama, et cætera ſimiliter aequis ferè diebus, præterquam ſiquid regio, aut tempeſtas uitij attulit, quo minus ita fiat. Quæ in ſeminario natā, ſi loca erunt frigidiora, quæ molli natura ſunt, per brumalia tempora tegere oportet frōde, aut ſtra-

I. iij.

mentis: si erunt imbræ seuti, uidēdum necubi aqua con-
sistat. uenenum enim gelum radicibus tenellis sub terra,
et supra uirgultis, quæ nec eodem tempore æque cre-
scent. nam radices autumno, aut hieme magis sub terra,
quam supra adolescunt, quod tectæ terræ tempore propa-
gantur, supra terram aere frigidore tinguuntur. idque ita
esse docent siluestria, ad quæ sator non accessit. nam pri-
us radices, quam ea quæ ex ijs solent nasci, crescunt. neque
radices longius proædunt, nisi quo tempore uenit sol. his
duplex causa, quod et radicum materiam aliam, quam
aliam longius projicit natura: et quod alia terra, alia fa-
cilius uiam dat.

C A P. X L V I.

Propter eiusmodi res admiranda discrimina sunt na-
turalia, quod ex quibusdam folijs propter eorū uersuram,
quod sit anni tempus dici possit, ut olea, et populus al-
ba, et salix. Horum enim folia, cum conuerterunt se, sol-
stitium dicitur fuisse. nec minus admirandum, quod fit in
floribus, quos uocant heliotropia, ab eo quod ad solis or-
tum mane spectant, et eius iter ita sequitur ad occasum,
ut ad eum semper spectent. C A P. X L V I I.

In seminario quæ surculis consita, et eorum molliora
erunt natura cacumina, ut olea, ac ficus. Ea summa inte-
genda binis tabellis dextra et sinistra diligatis, herbæ
que elidendæ, et dum teneræ sunt uellendæ. prius enim
aridæ factæ, rixantur, ac celerius rumpuntur, quam se-
quuntur. Contrà herba in pratis ad spem fœnisciæ na-
ta, non modo non euellenda in nutricatu, sed etiā non cal-
canda. quo et pecus à prato ablegandū, et omne iumentum,
ac etiam homines. solum enim hominis exitium her-
bæ, et semitæ fundamentum. C A P. X L V I I I.

In segetibus autem frumentum, quod culmus extulit.

spica ea, quæ mutilata non est, in ordeo, et tritico tria ha-
bet continentia, granum, glumam, aristam: et etiam pri-
mitus spica cum oritur, uaginam. Granum dictum, quod
est intimum solidum. Gluma, qui est folliculus eius. Arista,
quæ ut acus tenuis longa eminet è gluma. Proinde ut grani
theca sit gluma, et apex arista. Arista, et granum omni-
bus ferè notum: gluma paucis. Itaque id apud Ennium so-
lum scriptum scio esse in Euhemeri libris uersis. uidetur
uocabulum etymon habere à glubendo, quod eo folliculo
deglubitur granum. Itaque eodem uocabulo appellant fici
eius, quam edimus, folliculū. Arista dicta, quod arescit pri-
ma. granum à gerendo. id enim seritur, ut spica gerat fru-
mentum, nō ut glumam, aut aristam gerat: ut uitis seritur,
non ut pāpinum ferat, sed uiam. Spica autem, quam rusti-
ci, ut acceperūt antiquitus, uocant speciem, à spe uidetur nō
minata. eam enim quod sperant fore, serunt. Spica multica
dicitur, quæ nō habet aristam: eae enim quasi cornua sunt
spicarū, quæ primitus cum oriuntur, neque planè apparēt,
qua sublatent herba ea uocatur uagina, uti qualatet con-
ditum gladium. Illud autem summa in spica iam matura,
quod est minus quam granum, uocatur frit. quod in infima
spica, ad culmum stramenti summum, item minus quam
granum est, appellatur urruncum. C A P. X L I X.

Cum conticuisset nec interrogaretur de nutricatu, cre-
dens nihil desiderari, Dicam, inquit, de fructibus maturis
capiendis. Et ille, Primū de pratis summissis, herba cum
crescere desijt, et aëstu arescit, subsecari falibus debet: et
quoad perarescat, furcillis uersari. cum peraruit, de his
manipulos fieri, ac uehi ad uillam. tum de pratis stipulam
rastellis eradi, atque addere fœnisciæ cumulū. Quo facto
sicilienda prata, id est falcibus consecienda, quæ fœnise-

I.iiiij.

M. V A R R O N I S

æs præterierunt , ac quasi herba tuberosum reliquerunt
campum. A qua sectione arbitror dictum sicilire pratum.

C A P . L.

Messis proprio nomine dicitur in ijs quæ metimur, ma-
xime in frumento, & ab eo esse uocabulo declinata. Fru-
menti tria genera sunt messionis. unum, ut in Umbria, u-
bi falce secundum terram succidunt stramentum: & ma-
nipulum, ut quenque subsecuerunt, ponunt in terra. ubi
eos fecerunt multos, iterum eos percensent, ac de singulis
secant inter spicas & stramentū, spicas coniunct in cor-
bem, atque in aream mittunt . stramenta relinquunt in
segete, unde tollantur in aërium. Altero modo metunt, ut
in Piceno, ubi ligneum habent incuruum batillum, in quo
sit extremo ferrula ferrea. hæc cum comprehendit fascem
spicarum desecat, & stramenta stantia in segete relinquunt,
ut postea subsecantur. Tertio modo metitur, ut sub urbe Ro-
ma, & locis plerisque, ut stramentum medium subsecant,
quod manu sinistra summum prehendunt: à quo medio
messem dictam puto . Infra manum stramentum, quod
terræ hæret, postea subsecatur. Cōtrà, quod cum spica stra-
mentum hæret, corbibus in aream defertur. ubi discedit
in aperto loco palam: à quo potest nominata esse palea. A-
lij stramentum à stando, ut stamen dictum putant. Alij ab
stratu, quod id substernatur pecori. Cum est matura seges,
metedum, cum in ea iugerū ferè una opera propemodum
in facili agro satis esse dicatur: messas spicas corbibus in
aream deferre debent.

C A P . L I.

Aream esse oportet in agro, sublimiori loco, quam per-
flare possit uentus . Hanc esse modicam pro magnitudine
segetis, potissimum rotundam, & medianam paulo extenui-
dam (ut si pluerit, non consistat aqua, & quambrenis-

simo itinere extra aream defluere possit. Omne porrò brevissimum in rotundo è medio ad extremum) solida terra pavitam, maxime si est argilla, ne æstu pæminosa, in rimis eius grana oblitescant, et recipiant aquam, et ostia aperiant muribus ac formicis. Itaque amurca solent perfundere. ea enim herbarum est inimica et formicarū: et talparum uenenum. Quidam aream ut habeat solidam, muniunt lapide, aut etiam faciunt pavimentum. Nonnulli etiam tegunt areas, ut in Bagiēnis, quod ibi saepe id temporis anni oriuntur nimbi. ubi ea reiecta, et loca calida, prope aream faciundum umbracula, quo succedant homines in æstu tempore meridiano.

C A P. L I I.

Quæ seges grandissima, atque optima fuerit, seorsum in aream secerni oportet spicas, ut semen optimum habeat. E' spicas in aream excuti grana. quod fit apud alios iumentis iunctis, ac tribulo. id fit è tabula lapidibus, aut ferro asperata, quo imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, ut discutiat è spica grana: aut ex assibus dentatis cum orbiculis, quod uocant plostellum pœnicum. In eo quis sedeat atque agitet, quæ trahant iumenta, ut in Hispania citeriore, et alijs locis faciunt. Apud alios exteritur grege iumentorum inacto, et ibi aggrato perticis, quod unguis è spica exteruntur grana. ijs tritis, oportet è terra subiactari nullis, aut uentilabris, cum uentus spirat lenis: ita fit, ut quod leuissimum est in eo, atque appellatur acus, euannatur foras extra aream, ac frumentum quod est ponderosum, purum ueniat ad corbum.

C A P. L I I I.

Messe facta, spicilegium uenire oportet, aut domi legere stipulam: aut si sunt spicæ raræ, et operæ caræ, com pasci. summa enim spectanda, ne in ea re sumptus frumentum

Etum superet.

C A P. L I I I .

In uinetis una cum erit matura, uindemiam ita fieri oportet, ut uideas à quo genere uinarum, & à quo loco uineti incipias legere. nam et præcox, et miscella, quam uocant nigram, multo ante coquitur, quo prior legenda: et quæ pars arbusti, ac uineæ magis aprica prius debet descendere de uite. In uindemiam diligentius una non solum legitur ad bibendum, sed eligitur ad edendum. Itaque lectius defertur in forum uinarium, unde in dolium inane ueniat: electa in secretam corbulam, unde in ollulas addatur, & in dolia plena uinacorum contrudatur. alia, quæ in piscinam in amphoram plicatam descendat. alia, quæ in aram, ut in carnarium ascendat. Quæ calcatae uiuæ erunt, earum scopi cum folliculis subiiciendi sub prelum, ut siquid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacum. Cum desijt sub prelo fluere, quidam circumcidunt extrema, & rursus premunt: & rursus, cum expressum, circuncisitum appellant, ac seorsum, quod expressum est, seruant, quod resipit ferrum. expressi acinorum folliculi in dolia coniunctur, eoque aqua additur: ea uocatur lora, quod lota acina, ac pro uino operarijs datur hieme.

C A P. L V.

De oliueto, oleam, quam manu tangere possis è terra, ac scalis, legere oportet potius quam quatere, quod ea, quæ uapulauit, mæscit, nec dat tantum olei. quæ manus stricta, melior ea quæ digitis nudis legitur, quam illa quæ cum digitalibus. Duricies enim eorum non solum strigit bacam, sed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelidium retectos. qui manu tangi non poterunt, ita quanti debent, ut arūdine potius quam pertica feriantur. Grauior enim plaga medicum quærerit. qui quatiet, ne aduer-

sam cædat: sæpe enim ita percussa olea secum defert de ramulo plantam. quo factio, fructum amittunt posteri anni, nec hæc non minima causa, quod oliueta dicant alternis annis non ferre fructus, aut non æquè magnos. Olea ut una per idem biuum redit in villam, alia ad cibum eligitur, alia ut eliquescat, ac non solum corpus intus unguit, sed etiam extrinsecus. Itaque dominum & balneas, & gymnasium sequitur. Hæc, de qua fit oleum, congeri solet aëruatim per dies singulos in tabulata, uti ibi mediocriter fræscat, ac primus quisque aëruis demittatur per serias, ac uasa olearia ad trapeta, in quæ eam terent molæ oleariae è duro & aspero lapide. Olea lecta si nimium diu fuit in aëruis, calore fræscit, & oleum fœtidum fit. itaque si nequeas mature conficere, in aëruis iactando uentilare oportet. Ex olea fructus duplex. oleum, quod omnibus notum, & amurca, cuius utilitatem quod ignorant plerique, licet uidere è torculis olearijs fluere in agros, ac non solum denigrare terram, sed multitudine facere sterilem, cum is humor modicus, cum ad multas res, tum ad agriculturam pertineat uehementer, quod circum arborum radices infundi solet, maxime ad oleam, & ubiunque in agro herba nocet.

C A P. L V I.

Agrius, Iandudum, inquit, in villa sedens expecto cum clavi te stolo, dum fructus in villam referas. Ille, Emquin adsum. uenio, inquit, ad limen, fores aperi. primum fænisciæ conduntur melius sub tecto, quam in aëruis, quod ita fit iucundius pabulum, ex eo intelligitur, quod peius utroque posito libentius est.

C A P. L V I I.

At triticum condi oportet in grandaria sublimia, quæ perflicant uento ab exortu, ac septentrionum regione, ad quæ nulla aura humida ex propinquis locis adspiret.

M. V A R R O N I S

parietes et solum opere tectorio marmorato loricandi, si minus ex argilla mixto aere è frumento, et amurca, quod murem, et uermem non patitur esse, et grana facit solidiora, ac firmiora. quidam ipsum triticum conspergunt, cum addant in circiter mille modium quadrantal amurcae. Item aliud aliud adfriat, aut aspergit, ut chalcidicam aut cariacam cretam, aut absynthium. Item huius generis alia. Quidam granaria habent sub terris, speluncas, quas vocant sapres, ut in Cappadocia, ac Thracia. alijs, ut in Hispania citeriore, puteos, ut in agro Carthaginensi, et Osensi. Horum solum paleis substernunt: et curant ne humor, aut aer tangere possit, nisi cum promittur ad usum. quò enim spiritus non peruenit, ibi non oritur curculio. sic conditum triticum manet uel annos quinquaginta: milium uero plus annos centum. Supra terram granaria in agro quidam sublimia faciunt, ut in Hispania citeriore, et in Appulia. Quidam quae non solum à lateribus per fenestras, sed etiam subtus à solo uentus regolare possit.

C A P . L V I I I .

Faba, legumina in olearijs uasis oblita cinere perdiis incolitia seruantur. Cato ait, unam aminneam minusculam, et maiorem, et apiciam in ollis commodissime condi. eadem in sapo, et musto recte, quas suspendas opportunitissimas esse duracinas, et aminneas, et scantianas.

C A P . L I X .

De pomis: conditua mala struthia, cotonea, scantiana, quiriniana, orbiculata, et quae antea mustea uocabant, nunc melimela appellant. Hæc omnia in loco arido, et frigido supra paleas posita seruari recte putant. Et ideo oporotheas qui faciunt, ad aquilonem ut fenestras habeant, atque ut eæ perlentur, curant. neque tamen sine fo-

riculis: ne cum humorem amiserint, pertinaci uento uieto fiant. Ideoque in ijs, camaras marmorato, et parietes, pavimentaque laudabiliter faciunt, quo frigidius sit: in quo etiam quidam triclinium sternere solent cœnandi causa. Etenim in quibus luxuria concesserit, ut in pinacothecæ faciant, quod spectaculum datur ab arte, cur non quod natura datum utantur in uenustate disposita pomorum? præsertim quidem, cum id non sit faciendum, quod quidam fecerunt, ut Romæ coempta poma rus intulerint in oporothecæ instruendam conuiuij causa. In oporothecæ mala manere putant satis commode: alijs in tabulis, ut in opere marmorato, alijs substrata palea, uel etiam floctis. Mala punica demissis suis surculis in dolio arenæ. Mala cotonea, struthæa in pensilibus iunctis. Contra in sapo condita manere pira anicianda, et sementina. Sorba quidam dissecta, et in sole macerata, ut pira, et sorba per se ubique sint posita in arido facile durare. Seruare rapa consecuta in sinape, nuces iuglandes in arena, punica mala et in arena iam decerpta, ac matura, ut dixi, et etiam immatura cum hærent in sua uirga, et demiseris in olla sine fundo, eamque si coniceris in terram, et obterris circum ramum, si extrinsecus spiritus afflet, ea non modo integra eximi, sed etiam maiora, quam in arbore unquam pependerint.

C A P. LX.

De oliuitate: oleas esui optime condi scribit Cat., orchites, et pauseas aridas, uel uirides in muria, uel lenticco contusas. Orchites nigras sale si sint confricatae dies quinque, et tum sale excusso, biduum si in sole positæ fuerint, manere idoneas solere: easdem sine sale in defrumentum condire.

C A P. LXI.

Recte amurcam periti agricolæ tam in dolijs condūt,

M. V A R R O N I S

quām oleum, aut uinum. Eius conditio, cum expressa effluxit, quod statim de ea decoquuntur due partes, & refrigeratum conditur in uasa. Sunt item aliæ conditiones, ut ea, in qua adiicitur mustum.

C A P. L X I I .

Quòd nemo fructus condit, nisi ut promat, de eo quoque uel sexto gradu animaduertēda paucā. Promūt condita aut propterea, quòd sint tuenda, aut quòd utenda, aut quòd uendenda. Ea quæ dissimilia sunt inter se, aliud a liō tempore tuendum, & utendum.

C A P. L X I I I .

Tuendi causa promendum id frumentum, quod curculiones exesse incepunt. id enim cum promptum est, in sole ponere oportet aquæ catinos, quòd eò conueniunt, ut ipsi se necent, curculiones. Sub terra qui habent frumentum in ijs, quos uocant capræ, quòd cum periculo introitur recenti apertione, ita ut quibusdam sit interclusa anima, aliquanto post promere, quām aperueris, oportet.

Far, quod in spicis consideris per messem, & ad usus cibatus expedire uelis, promendum hieme, ut in pistriño pisetur, ac torreatur.

C A P. L X I I I I .

A murca cum ex olea expressa, qui est humor aquatilis, ac retrimentum conditum in uas fistile, id quidam sic solent tueri, diebus X V, eo, quòd est leuissimum, ac summū deflatum, ut traiçiant in alia uasa, & hoc idem inter uallis duodecies, sex mensibus proximis item faciant. Cū id nouissime, potissimum traiçiat, cum senescat luna, tunc decoquunt in abenis leui igni duas partes quoad regerūt, tum denique ad usum recte promitut.

C A P. L X V .

Quod mustum conditur in dolium, ut habeamus uinum, non promendum, dum feruet, neque etiā cum processit ita, ut sit uinum factum. Si uetus bibere uelis, quod non sit ante, quām accesserit annus, tum, cum fuerit anni-

culum, prodit. Si uero est ex eo genere uiuæ, quod mature coacescat, ante uindemiam consumi, aut uenire oportet. Genera sunt uini, in quo falerna, quæ quanto plures annos condita habuerunt, tanto, cum prompta sunt fructuosiord.

C A P. L X V I.

Oleas albas, quas consideris nouas, si celeriter promas, nisi consideris, propter amaritudinem illas respuit palatum. Item nigras, nisi prius eas sale maceraris, ut libenter in os recipiantur.

C A P. L X V I I.

Nuæm iuglandem, et palmulam, et sicut sabinam quanto citius promas, iucundiore utare, quod uetusstate ficus fit pallidior, palmula cariosior, mix aridior.

C A P. L X V I I I.

Pensilia, ut uiuæ, mala, et sorba, ipsa ostendunt, quando ad usum oporteat promi, quod colore mutato, et contractu acinorum, si non demperis ad edendum, ad abijciendum desensurum se minitantur. Sorbum matrum mite conditum citius promi oportet: acerbum enim suspensum lentius est. Quod prius domi maturitatem assequi mult, quam nequit in arbore, quam mitescat.

C A P. L X I X.

Messum far promendum hieme in pistrino ad torrentum, quod ad cibatum expeditum esse uelis. Quod ad sationem, tum promendum, cum segetes maturæ sunt ad accipiendum. Item quæ pertinent ad sationem suo quoque tempore promenda. Quæ uendenda, uidendum, quæ quoque tempore oporteat promi. Alia enim, quæ manere non possunt, ante quam se commutent, ut celeriter promas, ac uendas. Alia quæ seruari possunt, ut tum uendas, cum caritas est. Sæpe enim diutius seruata non modo usuram adiiciunt, sed etiam fructum duplicant, si

M. V A R R O N I S

tempore promas. Cum hæc dicaret Stolo, uenit liber-
tus æditumi ad nos flens, & rogat ut ignoscamus quòd si-
mus retenti, & ut ei in funus postridie prodeamus. Om-
nes consurgimus, ac simul exclamamus, Quid in funus?
quod funus? quid est factum? Ille flens narrat, ab nescio
quo percussum cultello concidisse, quem qui esset, animad-
uertere in turba non potuisse, sed tantummodo exaudiisse
uocem, perperam fecisse. Ipse, cum patronum domum su-
stulisset, & pueros demisisset ut medicum requirerent, ac
mature adducerent: quòd potius illud administrasset,
quam ad nos uenisset, æquum esse sibi ignosci. Nec si eum
seruare non potuisset, quin non multo post animam effla-
ret, tamen putare se fecisse recte. Non moleste ferentes de-
scendimus de æde, & de casu humano magis querentes,
quam admirantes id Romæ factum, discedimus omnes.

C A P I T A L I B R I I I .

*

De origine, ac dignitate rei pecuariæ.	Caput I.
De pecudibus, arietibus, & agnis.	II.
De capris, hircis, & hœdis.	III.
De sue.	IV.
De bubus, & uaccis.	V.
De asinis.	VI.
De equis, & equabus.	VII.
De malis, & himnulis.	VIII.
De canibus.	IX.
De pastoribus.	X.
De lacte, caseo, lana.	XI.

M A R . T E R E N T I I V A R R O N I S
 R E R V M R V S T I C A R V M ,
 D E R E P E C V A R I A
 L I B E R I I .

IRI magni nostri maiores non sine cau-
 sa præponebant rusticos Romanos urba-
 nis . ut ruri enim , qui in villa uiuunt i-
 gnatiiores, quam qui in agro uersantur in
 aliquo opere faciendo : sic qui in oppido
 federent, quam qui rura colerent, desidiosiores putabant.
 Itaque annum ita diuiserunt, ut nonis modo diebus urba-
 nas res usurparent, reliquis VII, ut rura colerent. Quod
 dum seruauerunt institutum, utrumque sunt consecuti, ut
 et cultura agros fœundissimos haberent, et ipsi ualetu-
 dine firmiores essent: ac ne Græcorum urbana desidera-
 rent gymnasia, quæ nunc uix satis singula sunt . nec pu-
 tant se habere villam , si non multis uocabulis retineant
 Græcis, quum uocent particulatim loca, προνοιτῶνα, πα-
 λαισπάν, ἀποδυτήριον, περίσυλον, ὄρνιθῶνα, περιστεῶνα, ὄπω
 ροθίνην . Igitur quod nunc intra murum ferè patres fa-
 miliæ correpserunt relictis falce et aratro, et manus mo-
 uere maluerunt in theatro ac circo, quam in segetibus ac
 uinetis, frumentum locamus, qui nobis aduehat, qui saturi-
 fiamus, ex Africa, et Sardinia: et nauibus uindemiam
 condimus ex insula Coa, et Chia. Itaque in qua terra cul-
 turam agri docuerunt pastores progeniem suam qui con-
 siderunt urbem, ibi contra progenies eorum, propter au-
 haritiam, contra leges , ex segetibus fecit prata, ignoran-
 tes non idem esse agriculturam, et passionem. aliis enim

K.i.

M. V A R R O N I S

opilio, & arator: nec si possit in agro pasci armentarius,
non aliud ac bubulus. Armentum enim id, quod in agro
natum non creat, sed tollit dentibus. contrà, bos domitus
causa fit, ut commodius nascatur frumentum in segete, &
pabulum in nouali. Alia inquam ratio ac scientia coloni,
alia pastoris. Colonii, ut ea, quae in agricultura nascantur,
è terra fructum faciant. contrà pastoris, ut ea quae nata
ex pecore. quarum quoniam societas inter se magna, pro-
pterea quòd pabulum in fundo compascere, quam uende-
re plerunque magis expedit domino fundi, & stercoratio
ad fructus terrestres aptissima, & maxime ad id pecus ap-
positum: qui habet prædium, habere utranque debet disci-
plinâ & agriculturæ, & pecoris pasendi, & etiam uillati-
cæ passionis. Ex ea enim quoque fructus tolli possunt non
mediocres, ex ornithonibus, ac leporarijs, & piscinis. E'
quis quoniam de agricultura librum Fundaniæ uxori
propter eius fundum feci: tibi Niger Turrani noster, qui
uehementer delectaris pecore, propterea quòd te empturi-
entem in campos macros ad mercatum adducunt crebro
pedes, quo facilius sumptibus multa poscentibus mini-
stres. quod eo facilius faciam, quòd & ipse pecuarias ha-
bui grandes, in Appulia oviarias, & in Reatino equari-
as. Qua de re pecuaria breuiter, ac summatim percurrā:
ex sermonibus nostris collatis cum ijs, qui pecuarias ha-
buerunt in Epeiro magnas, tum cum piratico bello inter
Delum, & siciliam Græciæ classibus præcessem, incipiam
hinc.

C A P. I.

Cum Menates discessisset, Cossinius mihi, Nos te non
dimittimus inquit, ante quam tria illa explicaris, quæ
cœperas nuper dicere, cum sumus interpellati. Quæ tria
inquit Murrius? An ea, quæ mihi heri dixisti de pastoricæ

re?ista,inquit ille, quæ cœperat hic differere, quæ esset origo,quæ dignitas,quæ ars: cum Petam fessum usere uenissimus, ni media aduētus nos interrupisset. Ego uero inquam,dicam duntaxat,quod est isopiuor, de duabus rebus primis,quæ accepi.de origine, & dignitate. de tertia parte, ubi est de arte, Scrofa suscipiet : ut semigræcis pastoribus dicam Græce, - ὥσπερ μν πολλὸν αὐτῶν.

Nam is magister C. Luciliij Hipri generi tui, cuius nobiles pecuariæ in Brutijs habentur. Sed hæc ita à nobis accipietis,inquit Scrofa, ut uos,qui estis Epirotici, pecuarij athletæ, remuneremini nos, ac quæ scitis, proferatis in mediū. nemo enim omnia potest scire. Cum accepissem conditionem, ut meæ partes essent primæ, non quo non ego pecuarias in Italia habeam,sed non omnes qui habent citharam,sunt citharœdi. Igitur inquam et homines et pecus cum semper fuisse sit necesse, natura (siue enim aliquod fuit principium generandi animalium, ut putauit Thales Milesius, & Zeno Cittieus: siue contra, principium horum extitit nullum,ut credit Pythagoras Samius, & Aristoteles Stagerites) necesse est humanæ uitæ à summa memoria gradatim descendisse ad hanc ætatem, ut scribit Diæarchus: et sumnum gradum fuisse naturalem,cum uiueret homines ex ijs rebus, que iniolata ultro ferret terra. ex hac uita in secundam descendisse pastoriam è feris atque agrestibus,ut ex arboribus,ac uirgultis decerpendo glandem, arbutum, mora, pomaque colligerent ad usum: sic ex animalibus , cum propter eandem utilitatem quæ possent siluestria deprehenderent, ac concluderent, & mansuesceret. In quies primum non sine causa putant oues assumptas, & propter utilitatem, & propter placiditatē. maxime enim hæ natura quietæ, & aptissimæ ad uitā ho-

K.ij.

M. V A R R O N I S

minum. Ad cibum enim lacte & caseum adhibitum, ad corpus uestitum & pelles attulerunt. Tertio denique gradu à vita pastorali ad agriculturā desēderunt. in qua ex duobus gradibus superioribus retinuerunt multa. et quò desēderant, ibi processerunt longe, dum ad nos perueniret. Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt aliquot, ut in Phrygia ex oībus, ubi greges uidentur complures: ut in Samothraca caprarum, quas Latine rotas appellant. sunt enim in Italia circum Fisællum, & Tetricam montes, multæ. De suis nemini ignotum, nisi qui apros non putat sues uocari. Boues perferi etiam nunc sunt multi in Dardania, & Media, & Thracia. Assini feri in Phrygia, & Lycaonia. Equi feri in Hispaniæ citerioris regionibus aliquot. Origo, quā dixi: dignitas, quā dicā. De antiquis illustrissimus quisq; pastor erat, ut ostendit Græca & Latina lingua, & ueteres poetæ, qui alios uocant πολύαρχος, alios πολυμήλος, alios πολυβούτος, qui ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelle tradiderunt, ut Argis Atreus, quā sibi Thyestem subduxerūt: ut in Colchide AEeta, ad cuius arietis pellē profecti regio genere dicuntur argonautæ: ut in Libya ad Hesperidas, unde aurea mala, id est, secundum antiquam consuetudinem, capras & oues, quas Hercules ex Africa in Græciam exportauit. Ea enim sua uoce Græci appellarunt μῆλα. Nec multo secus nostri ab eadem uoce, sed ab alia litera. uox earum non me, sed bee sonare uidetur. oues beelare uocem efferentes: à quo belare dicunt, extrita litera, ut in multis. Quòd si apud antiquos non magnæ dignitatis pecus esset, in cælo describendo astrologi non appellassent eorum uocabulis signa, quæ non modo non dubitarunt ponere, sed etiam ab his principibus

XII signa multi numerant: ut ab ariete & tauro, cum
 ea præponerent Appollini, & Hercul. iij enim dīj ea se-
 quuntur, sed appellantur Gemini. Nec satis putarunt de
 XI signis sextam partem obtainere pecudum nomina, ni
 si adieissent, ut quartam tenerent capricornum. Præterea
 à pecuarijs addiderunt capram, hædos, canes. An non e-
 tiam item in mari terrāque ab his regionum notæ? à pe-
 core in mari, quod nominauerunt à capris A Egēū pelagus:
 ad Syriam montem Taurum: in Sabinis Canterium mon-
 tem: Bosphorum unum Thracium, alterum Cimeriū. Nón-
 ne in terris multa, ut oppidum in Græcia ī πατιον ἔπροσῃ
 Denique Italia à vitulis, ut scribit Piso. Romanorum uero
 populum à pastoribus esse ortum quis non dicit? quis Fa-
 stulum nescit pastorem fuisse nutriculum, qui Romulum,
 & Remum educavit? non ipsos quoque fuisse pastores
 obtinebit, quod parilibus potissimum condidere urbem?
 non idem, quod multa etiam nunc ex ueteri instituto bu-
 bus, & omnibus dicitur? Et quod æs antiquissimum, quod
 est flatum pecore, pecore est notatum? Et quod urbs cum
 condita est, tauro, & uata, qui essent muri, & portæ de-
 finitum? Et quod pop. Rom. cum lustratur, suouitaurili-
 bus circumaguntur uerres, aries, taurus? Et quod nomina
 multa habemus ab utroque pecore: à maiore, & à minore?
 A' minore, Porcius, Ounius, Caprilius: sic à maiore E-
 quilius, Taurus cognomina ad significari, quod dicuntur
 ut Annij Capræ, statilij Tauri, Pomponij vituli: sic à pe-
 cudibus alijs multi. Reliquum est de scientia pastorali,
 de qua est diændum, quod scrofa noster, cui hæc ætas
 defert rerum rusticarum omnium palmam, quo melius
 potest dici, cum conuerterent in eum ora omnes. Scrofa,
 Igitur, inquit, est scientia pecoris parandi, ac pascendi, us

K.ij.

M. V A R R O N I S

fructus quām possint maximi capiantur ex ea, à quibus ipsa pecunia nominata est. nam omnis pecuniæ, pecus fundamentum. Ea partes habet nouem discretas ter ternas: ut sit una de minoribus pecudibus: cuius genera tria, ovis, capra, sus . altera de pecore maiore, in quo sunt item ad tres species natura discreti, boues, asini, equi. tertia pars est in pecuaria, quæ non paratur, ut ex ijs capiatur fructus, sed propter eam, aut ex ea sint, muli, canes, pastores. Harum unaquæque in se generales partes habet nouenas, quarum in pecore parando necessariæ quatuor: alteræ in passando totidem. præterea communis una. Ita sunt omnes partes minimum octoginta et una, & quidem necessariæ, nec paruæ . Primum ut bonum pares pecus, unum scire oportet, qua ætate quanque pecudem parare, habereque expediat. Itaque in bubulo pecore minoris emitis anniculam & supra decem annorum, quod à bima, aut trima fructum ferre incipit, neque longius post decimum annum procedit. Nam prima ætas omnis peccoris, & extrema, sterilis. E' quatuor altera pars, est cognitio formæ uniuscuiusque pecudis qualis sit. Magni enim interest, cuiusmodi quæque sit ad fructum. Ita potius bouem emunt cornibus nigratibus, quām albis: capram amplam, quām paruam: sues procero corpore, capitibus ut sint parvus. Tertia pars est, quo sint seminio querendū. Hoc nomine enim asini Arcadici in Græcia nobilitati, in Italia Reatini, usque eo, ut mea memoria asinus uenierit sextertijs millibus L X, & unæ quadrigæ Romæ cōsisterint quadringentis millibus. Quarta pars est de iure in parado, quemadmodū quanque pecudem emi oporteat ciuili iure. Quod enim alterius fuit, id ut fiat meum, necesse est aliquid intercedere . Neque in omnibus satis est stipulatio, aut so-

latio humorum ad mutationem domini. In emptione aliâs
 stipulâdum statim esse è ualeudinario, aliâs è sano pecore,
 aliâs è neutro. Alteræ partes quatuor sunt, cum iam eme-
 ris, obseruandæ: de pastione, de fœtura, de nutricitu, de
 sanitate. Pascendi primus locus qui est, ei us ratio triplex.
 In qua regione quāque potissimum pascas, et quando. è
 queis, ut capras in mōtosis potius locis et fruticibus, quam
 in herbidis campis: equas contrâ. neque eadem loca, æsti-
 ua, et hiberna idonea omnibus ad pascendū. Itaque gre-
 ges ouium longe abiguntur ex Appulia in Samnium æsti-
 uatum, atque ad publicanum profitentur, ne si inscriptum
 pecus pauperint, lege censoria committant. muli è Rosea cam
 pestri, æstate exiguntur in Gurgures altos montes. Qui po-
 tissimum quæque pecudum pascatur habenda ratio. nec
 solum quòd fœno fit saturâ equa, aut bos, cum sues hoc
 uitent, et quærant glandem: sed quòd ordeum, et faba
 interdum sit quibusdam obijciendum: et dandum bubus
 lupinum, et lactarijs medica, et cythisum. præterea quòd
 ante admissuram diebus XXX arietibus, ac tauris da-
 tur plus cibi, ut uires habeant: fœminis bubus demitur,
 quòd mascescentes melius concipere dicuntur. Secunda pars
 est de fœtura. Nunc appello fœturam à conceptu ad par-
 tum: hi enim prægnationis primi, et extremi fines. Quare
 primum uidendū de admissione, quo quæque tempore ut in-
 eant facere oporteat. Nam, ut suillo pecori à fauonio ad æ-
 quinoctiū uernum putant aptū, sic ouilli ab arcturi occa-
 su, usq; ad aquilæ occasum. Præterea habēda ratio, quāto
 ante quam incipiatur admissura fieri, mares à fœminis secre-
 tos habeat: quòd ferè in omnibus binis mensibus ante fa-
 ciūt et armetarij, et opiliones. Altera pars est in fœtura,
 quæ sint obseruanda, quòd alia alio tempore parere soles.

K.iiij.

*Caque e vento concipiunt nisi Hispania vid.
columellam lib. 6. cap. M. V A R R O N I S*

27. et
lactantium firmianum
lib. 4. de
vera sapien-
tia fol. 124
quod si anima
et aura concepe
re solere omni-
bus Notum et
Inquit ille, suadam vento
rantur. Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur,
ac remanserūt in uoluis intimis. vocant χορίον, à quo chor-
di appellati. Tertia res est de nutricatu quid obseruari o-
porteat, in quo quot diebus matris sugant mammam, et id
ubi, et si parū habet lacticis mater, ut sub-
est sub mamma. antiquo enim vocabulo mamma rumis, ut
opinor. Ferè ad quatuor menses à mamma non dijungun-
tur agni, hœdi tres, porci duo, è quæs, quoniam puri sunt
ad sacrificium, ut immolentur, olim appellati sacres, quos
appellat Plautus, cum ait, Quāti sunt porci sacres? sic bo-
ues altiles, ad sacrificia publica saginati, dicuntur opini.
Quarta pars est de sanitate: res multiplex, ac necessaria,
quod morbosum pecus, et uitiosum, et quādo non ualet,
sæpe magna gregē afficit calamitate. Cuius scientie gene-
ra duo: unum ut in hominem, ad quem adhibendi medici-
alterū, quo ipse etiā pastor diligens mederi possit. Eius par-
tes sunt tres. nā animaduertendū, quæ cuiusq; morbi sint
causæ, quæque signa earum causarū sint, et quæ quenque
morbū ratio curandi sequi debeat. Ferè morborum cau-
sæ erunt, quod laborant propter æstus, aut propter fri-
gora, necnon etiam propter nimium laborem, aut con-
tra, propter nullam exercitationem, aut si cum exerceueris,

statim sine interuallo cibum aut potionem dederis. Signa autē sunt, ut eorum, qui siue ex æstu, siue è labore febrem habent, adapertum os humido spiritu crebro, et corpore calido. Curatio autem, cum hic est morbus, hæc. perfunditur aqua, et perunguitur oleo et uino tepfacto, et item cibo sustinetur, et mihiatur aliquid ne frigus cædat, sicutienti aqua tepida datur. Si hoc genus rebus non proficitur, dimittitur sanguis, inaxime è capite. Item ad alios morbos aliæ causæ, etiam alia signa in omni pecore, quæ scripta habere oportet magistrū pecoris. Relinquitur nōnum, quod dixi de numero utriusque partis commune. Nam et qui parat pecus, necesse est constituat numerum, quot greges, et quanto sit pasturus, ne aut saltus desint, aut supersint, et ideo fructus dispereant. Præterea scire oportet in grege quot fœminas habeat, quæ parere possunt, quot arietes, quot utriusque generis soboles, quot reijculæ sint alienandæ. In alimonij si sunt plures nati, ut quidam faciūt, sequendum, ut quosdam subducas. quæ res facere solet, ut reliqui melius crescāt. Vide, inquit Atticus, ne te fallat, et nouenæ istæ partes non excent extra pecoris minoris ac maioris nomen. Quo pacto enim erunt in mulis et pasto ribus nouenæ partes, ubi nec admissuræ, nec fœturæ obseruantur? In canibus enim uideo posse dici. sed do etiam in hominibus posse nouenarium retineri numerum, quod in hybernis habent in uillis mulieres, quidam etiam in æstiuis, et id pertinere putant, quo facilius ad greges pastores retineant, et puerperio familiam faciant maiorem, et rem pecuariam fructuosiorem. Si inquam numerus nō est, ut sit ad amissim, ut non est, cum dicimus mille nauis iisse ad Troiam, cœntumurale esse iudicium Romæ: deme (si uis) duas res de mulis, admissuram, et parturam. Va-

M. V A R R O N I S

Eius, Parturam, inquit? proinde ut non aliquoties dicatur Romæ peperisse mulam. Cui ego ut sustinerē subiçio, Magonem, et Dionysium scribere mulam, et equam, cum conaperint, duodecimo mense parere. Quare non, si hic in Italia cum peperit mula sit portentum, adsentiri omnes terras. Neque enim hirundines, et ciconiæ, quæ in Italia pariunt, in omnibus terris pariunt. Non scitis palmulas, caryotas in Syria parere in Iudea, in Italia non posse? Sed scrofa, si exigere manus sine mularū fœtura et numericatu numerum octoginta et unum, est qui expleas duplœm istam lacunam: quod extraordinariæ fructuum species due accedunt magnæ. quarum una est tonsura, quod oves, ac capras detondent, aut uellunt: altera, quæ latius patet, est de lacte, et caseo, quam scriptores Græci separatim τυροποιίαν appellauerunt, ac scripsierunt de ea re permulta.

C A P. I I.

Sed quoniam nos nostrum pensum absoluimus, ac limitata est pecuaria quæstio: nunc rursus uos reddite nobis o' Epeirotae, de una quaq; re, ut uideamus, quid pastores à Pergamide, Maledoue potis sint. Atticus, qui tunc T. Pomponius, nunc Q. Cæcilius cognomine eodem, Ego opinor, inquit, incipiam primus, quoniam in me uidere conieciisse oculos: et dicā de primigenia pecuaria. E' feris enim pecudibus primum dicis oves comprehētas ab hominibus. ac mansuetatas. his primum oportet bondas emere. quæ ita ab ætate, si neque uetulæ sunt, neque meræ agnæ: quod alteræ iam nondum, alteræ iam non possunt dare fructum. sed ea melior ætas quam sequitur spes, quam ed, quam mors. De forma, ouem esse oportet corpore ampio, quæ lana multa sit et molli, uillis altis et densis toto corpore, maxime circum cervicem et collum, uentrem quoque

ut habeat pilosum. itaque quæ id non haberent, maiores nostri apicas appellabant, ac reijciebant. esse oportet cruribus humilibus, caudis obseruare, ut sint in Italia prolixis, in Syria brevibus. In primis uidendū, ut boni seminis pecus habeas. id ferè ex duabus rebus potest animaduerti, ex forma, & progenie. Ex forma, si arietes sint frōte lanata uestiti bene, tortis cornibus pronis ad rostrū, rauis oculis, lana opertis, auribus amplis, pectore & scapulis, & clunibus latis, cauda lata & longa. animaduertendū quoque linguae nigra, aut uaria sit, quod ferè qui ea habent, nigros, aut uarios procreant agnos. Ex progenie autem animaduertitur, si agnos procreant formosos. In emptionibus iure utimur eo, quod lex præscripsit. in ea enim alij plura, alij pauciora excipiunt. quidā enim pretio facto in singulas oues, ut agni chordi duo pro una ove annumerentur, & si cui uetusitate dentes absunt, item binæ pro singulis ut procedant. de reliquo antiqua ferè formula utuntur. cum emptor dixit, Tanti sunt mi emptæ? & ille respondit, sunt, & expromisit nummos: emptor stipulatur prisca formula sic, Illasce oues, qua de re agitur, sanas recte esse, uti pecus ouillum, quod recte sanum est extra lusciam, surdam, minam, id est, uentre glabro, neque de pecore morboſo esse, haberéq; recte liere. hæc si recte fieri spondes? Nec cū id factum est, tamen grex dominum non mutauit, nisi sit æs adnumeratū. Nec non emptor pote ex empto uendito illū damnare, si non tradet, quanvis non soluerit nummos: ut ille emptorem simili iudicio, si nō reddit pretium. De alteris quatuor rebus deinceps dicam, De pastione, fœtura, nutricatu, sanitate. Primum prouidendū, ut totum annum recte pascantur intus, & foris. stabula idoneo loco ut sint: ne uentosa: quæ spectent magis ad orientem, quam ad meridi-

M. V A R R O N I S

dianum tempus. ubi stent, solum oportet esse eruderatum,
 & proclium, ut euerri facile possit, ac fieri purum: non
 enim solum ea uligalanam corrumpit ouim, sed etiam
 unguis, ac scabras fieri cogit. Cum aliquot dies steterunt,
 subijære oportet uirgulta alia, quo mollius requiescant, pu-
 rioresque sint: libentius enim ita pascuntur. Faciendum
 quoque septa secreta ab alijs, quo incientes secludere pos-
 sis, item quo corpore ægro. hæc magis ad uillaticos greges
 animaduertenda. Contra illæ, in saltibus quæ pascuntur,
 & à tectis absunt longe, portant secum crates, aut retia,
 quibus cohortes in solitudine faciant, cæteraque utensi-
 lia. longe enim, & late in diuersis locis pasci solent, ut mul-
 ta millia absint sæpe hybernæ pastiones ab æstiuis. Ego ue-
 ro scio inquam: nam mihi greges in Appulia hybernatæ,
 qui in Reatinis montibus æstuabant. Cum inter hæc bi-
 na loca, ut iugū continet sirpiculos, sic calles publicæ distan-
 tes pastiones, eæque ibi, ubi pascuntur in eadem regione: ta-
 men temporibus distinguunt, ut æstate quòd tum prima lu-
 ce excent pastum, propterea quòd tunc herba roscida, me-
 ridianam, quæ est aridior, iucunditate præstat. Sole exorto
 puto propellunt, ut redintegrantes rursus ad pastum ala-
 criores faciant. Circiter meridianos æstus, dum deferue-
 scant, sub umbriferas rupes, & arbores patulas subijacent,
 quoad refrigerato aere uespertino, rursus pascant ad solis
 occasum. ita pascere pecus oportet, ut aduerso sole agat. ca-
 put enim maxime ouis molle est. Ab occasu paruo inter-
 uallo interposito ad bibendum appellunt, & rursus pa-
 scunt quoad contenebravit, iterum enim tum iucunditas
 in herba redintegravit. hæc ab uergiliarum exortu ad
 æquinoctium autumnde maxime obseruant. Quibus in
 locis messes sunt factæ, interest utile duplia de causa, quod

& caduca spica saturantur, & obtritis frumentis, & ster-
 coratione faciunt in annum segetes meliores. Reliquæ pa-
 stiones hiberno ac uerno tempore hoc mutant, quod prui-
 na iam exhalata propellit in fabulum, & pascunt diem
 totum, ac meridiano tempore semel agere potum satis ha-
 bent. Quod ad pastiones attinet, hæc fere sunt. quod ad
 fœturam, quæ dicam. Arietes, quibus sis usurus ad fœtu-
 ram, bimestri tempore ante scernendum, & largius pa-
 bulo explendum. Cum redierunt ad stabula è pastu, or-
 deum si est datum, firmiores fiunt ad laborem sustinendū.
 Tempus optimum ad admittendum, ab arcturi occasu ad
 aquilæ occasum, quod quæ postea concipiunt, fiunt uegrā-
 des, atque imbecillæ. Ovis prægnans est diebus C L. itaque
 fit partus exitu autumnali, cum aer est modice tempera-
 tus, & primitus oritur herba imbris primoribus euocata.
 Quandiu admissura fit, eadem aqua uti oportet, quod
 commutatio & lanam facit uariā, & corruptit uterus.
 Cum omnes conciperunt, rursus arietes scernendi. Ita fa-
 etis prægnantibus quod sunt molesti, obsunt. Neque pati
 oportet minores, quam bimas saliri, quod neque natum ex
 his idoneum est, neque non ipsæ fiunt etiam deteriores &
 non meliores quam trimæ admissæ. deterrent ab salien-
 do fiscellis è iuncto, aliæque qua re, quod alligant ad naturā.
 Commodius seruantur, si secretas pascunt. In nutricatu
 cum parere cœperunt, inigunt in stabula ea, quæ habent
 ad eam rem seclusa, ibique nata recentia ad ignem propè
 ponunt, quo ad conualuerūt. biduum, aut triduum retinet,
 dum agnoscant matrē agni, & pabulo se saturent. demde-
 dum matres cum grege pastum prodeunt, retinent agnos,
 ad quos, cum reducēt ad uesperum, aluntur lacte, & rur-
 sus discernuntur, ne noctu à matribus conculcentur. Hoc

M. V A R R O N I S

item faciunt mane antè quām matres in pabulum exēāt, ut agni satulli fiant lācte. Circiter decēm dies cum præterierunt, palos offigunt, et ad eos alligant libro, aut qua alia re leui distantes, ne toto die cursantes inter se teneri, delibent aliquid membrorum. Si ad matris mammam non accedet, admouere oportet, et labra agni unguere butyro aut adipem suilla, et olfacere labra lācte. Diebus post paucis obijcere his uiciam molitam, aut herbam teneram, ante quām exeunt pastum, et cum reuerterunt. Et sic nutricantur quoad facti sunt quadrimestres. Interea matres eorum his temporibus non mulgent quidam, qui ut melius, omnino perpetuo, quod et lanæ plus ferunt, et agnos plures. Cum depulsi sunt agni à matribus, diligentia adhibenda est, ne desiderio senescant. itaque deliniendum in nutritatu pabuli bonitate: et à frigore, et aestu ne quid laborent, curandum. Cum obliuione iam lactis non desiderant matrem, tum denique compellendum in gregem uiū. Castrare oportet agnum non minorem quinque mēsum, neq; ante quām calores, aut frigorā se fregerūt. Quos arietes submittere uolūt, potissimum eligunt ex matribus, quæ geminos parcere solent. pleraque similiter faciendū in oubus pellitis, quæ propter lanæ bonitatem, ut sunt Tarentinæ et Atticæ, pellibus integuntur, ne lana inquinetur, quo minus uel infici recte possit, uel lauari, ac parari. Horum præsepio ac stabula, ut sint pura, maiorem adhibeāt diligentiam quām hirtis. Itaque faciunt lapide strata, ut urina necubi in stabulo consistat. his quæcunque iubentur, uescuntur, ut folia ficalnea, et palea, et uinacea: furfures obijciuntur modice, ne parum, aut nimium saturentur. utrumque enim ad corpus alendum inimicum. at maxime amicum cythisum, et medica. nam et pingues facit facili-

me, et genit lac. De sanitate sunt multa, sed ea (ut dixi) in libro scripta magister pecoris habet: et quae opus ad mendendum, portat secum. Relinquitur de numero, quem faciunt alij maiorem, alij minorem. nulli enim huius moduli naturales. Illud fere omnes in Epeiro facimus, ne minus habeamus in centenas oues hirtas singulos homines: in pelritis binos.

C A P. III.

Cui Cossinius, Quoniam satis balasti inquit, o Faustule noster, accipe a me cum Homericō Melanthio chordo de capellis, et quemadmodū oporteat breuiter dicere, disce. Qui caprinū gregem constituere uult, in eligendo animaduertat oportet, primum etatem: ut ea paret, quae iam ferre possit fructum: et de ijs eam potius. quae diutius: nouella enim quam uetus utilior. De forma uidendum, ut sint firmæ, magnæ, corpus lene ut habeant, crebro pilo, nisi si glabræ sunt. duo enim genera earum. sub rostra duas ut mammulas pensiles habeant: quod eæ fœcundiores sunt: ubere sint grandiore, ut et lac multū, et pingue habeant pro portione. Hircus molliori et potissimum pilo albo, ac ceruiæ, et collo breue, gurgulione longiore. Melior fit grex, si non est ex collectis comparatus, sed ex consuetis undā. De seminio dico eadem, quae Atticus in ouibus. hoc aliter, ouium semen tardius esse, quo haec sint placidiores. contraria caprile mobilius esse, de quarum uelocitate in Originum libro Cato scribit haec, In sauracti Fisello capræ feræ sunt, quae saliunt e saxo pedes plus sexagenos. Oues enim, quas pascimus, ortæ sunt ab ouibus feris: sic capræ, quas alimus, a capris feris sunt ortæ: a queis propter Italia Ā Caprasia insula est nominata. De capris quod meliore semine eae, quae bis pariant, ex his potissimum mares solēt summitti ad admissuras. quidā etiā dant operam, ut ex insula

M. V A R R O N I S

media capras habeant, quod ibi maximi ac pulcherrimi existimantur fieri hœdi. De emptione aliter dico atque fit, quod capras sanas sanus nemo promittit. nunquam enim sine febri sunt. itaque stipulatur paucis exceptis uerbis: ac Mamilius scriptum reliquit sic, Illas capras hodie recte esse, et bibere posse, haberéque recte licere, haec spondēsne? De quibus admirandum illud, quod etiam Archelaus scribit, non ut reliqua animalia naribus, sed auribus spiritum duære solere. Pastores curiosiores aliquot dicunt. De alteris quatuor, quod est de fastu hoc dico. stabulatur pecus melius ad hibernos exortus si spectat, quod est alsosum. Id ut pleraque lapide, aut testa substerni oportet, caprile quo minus sit uliginosum, ac lutulentum. Foris cum est pernoctandum, item in eandem partem cæli, quæ spectent, septa oportet substerni uirgultis, ne obliniantur. nec multo aliter tuendum hoc pecus in pastu, atque ouillum, quod tamen habet sua propria quædam, quod potius silvestribus saltibus delectantur, quam pratis. Studiose enim de agrestibus fruticibus pascentur, atq; in locis cultis, uirgulta carpunt: itaque à carpendo capræ nominatæ. ob hoc in lege locationis fundi excipi solet, ne colonus capra natum in fundo passat. Harum enim dætes inimici sationis, quas etiam astrologi ita reæperunt in cœlū, ut extra limbum XIII. signorum excluserint. sunt duo hœdi, et capra non longe à tauro. Quod ad fœturam pertinet, desistente autumno exigunt à grege in campos hircos in capridia. Item ut in arietibus dictum, quæ concepit post quartum mensem, reddit tempore uerno. In nutricatu hœdi trimestres cum sint facti, tum submittuntur, et in grege incipiunt esse. Quid dicam de earum sanitate, quæ nunquam sunt sanæ? nisi tamen illud unum, quædam scripta habere

magistros pecoris, quibus remedijs utatur ad morbos quos
dam earum, ac vulneratum corpus, quod usu uenit ijs
sæpe, quòd inter se cornibus pugnant, atque in spinosis
locis pascentur. Relinquitur de numero, qui in gregibus
est minor caprino, quām in ouillo, quod capræ lasiuæ, &
quæ dispergant se. contrà oues quæ se congregent, ac con-
densent in locum unum. Itaque in agro gallico greges plu-
res potius faciunt, quām magnos, quòd in magnis cito exi-
stat pestilentia, quæ ad perniciem eum perducat. Satis
magnum gregem putant esse circiter quinquagendas, qui-
bus assentiri putant id, quod usu uenit Gaberio equiti R.
Is enim cum in suburbano mille iugerum haberet, & à
caprario quodam, qui adduxit capellas ad urbem X, sibi
in dies singulos denarios singulos dare audisset, coegerit mil-
le caprarum, sperans se capturum de prædio in dies sin-
gulos denariūm mille. Tantum enim fecellerit, ut breui o-
mnes amiserit morbo. Cōtrà in Sallentinis & in Casina-
ti ad cœntendas pascent. De maribus & fœminis idem fe-
rè discrimen, ut alijs ad denas capras singulos parent hir-
cos, ut ego: alijs etiam ad X V, ut Menas: nonnulli etiam, ut
Murrius, ad uiginti.

C A P. I I I.

Sed quis è portu post Italico prodit, ac de suillo peco-
re expedit? tametsi Scrofam potissimum de ea re dicere o-
portere, cognomē eius significat. Cui Tremellius, Ignora-
re inquit uidere, cur appeller Scrofa. Itaque ut etiam hi
propter te sciant, cognoscē meam gentem suillum cogno-
men non habere, nec me esse ab Eumæo ortum. Anus me-
us primum appellatus est Scrofa, qui quæstor cum esset Li-
cino Neruæ Prætori in Maædonia prouincia relatus,
qui præcesset exercitui, dum prætor rediret, hostes arbi-
trati occasionem se habere uictoriæ, impressionem face-

L.i.

M. V A R R O N I S

re cœperunt in castra. Amis, cum cohortaretur milites, ut caperent arma, atque exirent contra, dixit celeriter se illos (ut Scrofa porcos) disiecturum. id quod fecit. nam eo prælio hostes ita fudit, ac fugavit, ut eo Nerva prætor imperator sit appellatus, amis cognomen inuenerit, ut dicatur Scrofa. itaque pro amis, ac superiores, de Tremel lijs nemo appellatus Scrofa. Nec minus septimus sum deinceps prætorius in gente nostra. Nec tamen defugio, quin dicam quæ scio de suillo pecore. Agri enim culturæ ab initio fui studiosus: nec de pecore suillo mihi et uobis magnis pecuarijs ea res non est communis. Quis enim fundum colit nostrum, quin sues habeat, et qui non audierit patres nostros dicere, ignavum, et sumptuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab lanario, quam ex doméstico fundo? Ergo qui suum gregem mult habere idoneum, eligere oportet primum bona ætate, secundo bona forma. Ea est, cum amplitudine membrorum, præterquam pedibus, capite unicoloris potius quam uarias. Cum hæc eadem ut habeant uerres uidendum, tum utique sint aeruicibus amplis, boni seminis. Suas animaduertuntur à facie, et progenie, et regione cæli. A' facie, si formosi sunt uerres, et scrofa. A' progenie, si porcos multos pariunt. A' regione, si potius ex his locis, ubi nascuntur, amplas quam exilis pararis. Emi solent sic, illasce sues sanas esse, haberéque recte licere, noxisque præstare, neque de pecore morboſo esse, spondēſne? Quidam adiiciunt perfunctas esse à febri, et à foria. In pastu locus huic pecori aptus uliginosus, quod delectatur non solum aqua, sed etiam luto. itaque ob eam rem diuine lupos cum sint nocti sues, trahere usque ad aquam, quod dentes feruorem carnis ferre nequeant. Hoc pecus alitur

maxime glande, deinde faba, et ordeo, et cætero frumento. Quæ res non modo pinguitudinem efficiunt, sed etiam carnis iucundum saporem. Pastum exigunt æstate mane, et ante quām æstus incipiat, subigunt in umbrosum locum, maxime ubi aqua sit. Post meridiem rursus lenito feruore pascunt. Hiberno tempore non prius exigunt pastum, quam pruina evanuit, ac colliquefacta est glacies.

Ad fœturam uerres duobus mensibus ante secernendi. Optimum ad admissuram tempus à fauonio ad equinoctium uernum: ita enim contingit, ut æstate pariat. quatuor enim menses est prægnans: et tunc parit, cum pabulo abundat terra. neque minores admittendæ quam anniculæ. Melius XX menses expectare, ut bimæ pariant. Cum cœperunt, id facere dicuntur usque ad septimum annum recte. Admissuras cum faciunt, prodigunt in lutoflos limites, ac lustra, ut uolutentur in luto, quæ est illorum requies, ut lauatio hominis. Cum omnes conceperunt, rursus segregant uerres. Verris octo mensium incipit salire: permanet, ut id recte facere possit, ad primum. deinde it retro, quo ad perueniat ad lanium. Hic enim conciliator suillæ carnis datus populo. sus Græcæ dicitur ὄν, olim thysus dictus, ab illo uerbo quod dicunt θύειν, quod est immolare. Ab suillo enim genere pecoris immolandi initium primum sumptum uidetur, cuius uestigia, quòd initijs Cereris porci immolantur, et quòd initijs pacis fœdus cum feritur, porcus occiditur, et quòd nuptiarum initio antiqui reges, ac sublimes uiri in Hetruria in conjunctione nuptiali noua nupta, et nouus maritus primum porcum immolant. Prisci quoque Latini, et etiam Græci in Italia idem factitasse uidentur. Nam et nostræ mulieres maxime nutrices, naturam, qua fœminæ sunt,

L. ii.

M. V A R R O N I S

in uirginibus appellant porcum, et Græcæ χοῖρον, significantes esse dignum insigni nuptiarum. Sullum pecus donatum ab natura dicunt ad epulandum. Itaque ijs animam datam esse proinde ac salem, quæ seruaret carnem. E' queis succidias Galli optimas et maximas facere consueuerūt. Optimarum signum, quod etiam nunc quotannis è Gallia apportantur Romā pernæ tomacinae, et taniacæ, et petasiones. De magnitudine Gallicarum succidiarum Cato scribit his uerbis, In Italia in scrobes terna, atque quaterna millia aulia succidia. Vere sus usque adeo pinguitudine crescere solet, ut se ipsa stans sustinere non possit, neque progredi usquam. Itaque eas si quis quod traijare vult, in plostrum imponit. In Hispania ulteriore in Lusitania sus cum esset occisus, Attilius Hispaniensis minime mendax, et multarum rerū peritus in doctrina, dicebat L. Volumnio senatori missam esse offulam cum duabus costis quæ penderet IIII et XX pondo: eiisque suis à crite ad os pedem, et IIII digitos fuisse. Cui ego, Nō minus res admiranda, quam mi esset dicta, in Arcadia scio me esse spectatum suē, quæ præ pinguitudine carnis non modo surgere non posset, sed etiam ut in eius corpore forex exesa carne nidum fecisset, et peperisset mures. Hoc etiam in uineta factum aæpi. Sus ad fœturam quæ sit fœcunda animaduertunt ferè ex primo partu, quod non multum in reliquis mutat. In nutricatu quam porcalationem appellabat, binis mensibus porcos sinunt cum matribus. sed eos, cum iam pasci possunt, seernunt. Porci qui natibieme, fiunt exiles propter frigora, et quod matres aspernantur, propter exiguitatem lactis, et quod dentibus sauciantur propter ea mammæ. scrofa in sua quæque haras suos alat oportet porcos, quo alienos aspernantur: et ideo

si conturbati sunt in fœtura, fit deterius. Natura diuisus earum annus bifariam, quod bis parit in anno. quaternis mensibus fert uentrem: binis, nutricat. Haram facere oportet circiter trium pedum altam, et latam amplius paulo: ea altitudine abs terra, ne dum exilire uelit prægnans, abortet. Altitudinis modus sit, ut subulcus facile circumspicere possit, ne qui porcellus à matre opprimatur, et ut facile purgare possit cubile. In haris ostium esse oportet, et limen inferius altum palmipedale, ne porci ex hara, cum mater prodit, transfilire possint. Quotiescunque haras subulcus purgat, toties arenam injære oportet, aut quid aliud quod exugat humorem, in singulas injære debet: et cum pepererit, largiore cibatu sustinare, quo facilius lac suppeditare possit. in quibus hordei circiter binas libras aqua madefactas dare solent, et hoc quoque conduplicant, ut sit mane et uesperi, si alia que obijciant, non habuerint. Cum porci depulsi sunt à mamma à quibusdam delici appellantur, neque iam lactantes dicuntur. Qui à partu decimo die habentur puri, ab eo appellantur ab antiquis sacres, quod tum ad sacrificium idonei dicuntur primum. Itaque apud Plautum in Menæchmis, cum insanum quem putat, ut pietur in oppido Epidamno, interrogat, *Quanti hic porci sunt sacress?* si fundus ministrat, dari solent uincædæ, ac scopi ex uuis. A misso nomine lactantis, dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere possunt, id est, frangere. Porcus Græcum est nomine antiquum, sed obscuratum, quod nunc eum uocant χοῖρον. In eorum fœtu scrofae bis die ut bibat, curant, lactis causa. Parere tot oportet porcos, quot mammas habeat. si minus pariat, fructuariam idoneam non esse. si plures pariat, esse portentum. In quo

L. iij.

M. V A R R O N I S

illud antiquissimum fuisse scribitur, quod sus Aeneae Lauinijs XXX porcos pepererit albos. Itaque quod portenterit, factum XXX annis, ut Lauinienses considerint oppidum Albam. Huius suis, ac pororum etiam nunc uestigia apparent Lauinijs: quod et simulachra eorum abhenea etiam nunc in publico posita, et corpus matris ab sacerdotibus, quod in salsa fuerit, demonstratur. Nutrire octonos porcos parvulos primo possunt, incremento facto a peritis dimidia pars remoueri solet, quod mater potest sufferre lac, neque congenerati alescendo roborari. A partu decem diebus proximis non producant ex haris matrem præterquam potum. Præteritis decem diebus sinit exire pastum in propinquum locum uillæ, ut crebro reditu lacte alere possit porcos. Cum creuerunt, cupiunt sequi matrem pastum: domique secernunt a matribus, ac seorsum pascunt, ut desiderium ferre possint parentis, quod decem diebus assequuntur. subulas debet consuefacere omnia, ut faciant ad buinam. Primo cum incluserunt, cum buinatum est, aperiunt, ut exire possint in eum locum, ubi ordeū fusum in longitudine. Sic enim minus disperit, quam si in aero possum, et plures facilius accedunt, ideo ad XI I conuenire dicuntur, ut silvestri loco dispersi ne dispereant. Castratur uerres commodissime anniculi, utique ne minores, quam semestres: quo facto nomen mutant, atque e uerribus dicuntur maiales.

De sanitate suum unum modo exempli causa dicam. Porcis lactentibus si scrofa lac non potest suppeditare, triticum frictum dari oportet (crudum enim soluit album) uel ordeum obijci ex aqua, quo ad fiant trimestres.

De numero: in centum suis, decem uerres satis esse putant. Quidā etiam hinc demunt. Greges maiores in aequa-

biles habent. Sed ego modicum puto centenarium. Aliquot maiores faciunt, ita ut ter quinquagenos habeant. Pororum gregem alijs duplicant, alijs etiam maiorem faciunt. Minor grex, quam maior minus sumptuosus, quod comites subulcus pauciores querit. Itaque gregis numerum pastor ab sua utilitate constituit, non ut quot uerres habeat: id enim à natura sumendum. Hæc hic. C A P. V.

At Q. Lucienus Senator homo quanuis humanus, adiutorius, introiens familiaris omnium nostrum, συνιπερῶται, inquit, χαίρετε, Καὶ Varronem nostrum, inquit, ποιητὴν λαῶν: Scrofam enim mane salutavi. cum aliis eū salutasset, aliis conuiciatus esset, qui tam serò uenisset ad constitutum, videbo iam uos, inquit, balatrones, Καὶ huc afferam meum corium, Καὶ flagra. Tu uero Murri ueni mi aduocatus, dum asses soluo palilibus, si possea à me repeatant, ut testimonium perhibere possis. Atticus Murrio, Narra isti, inquit, eadē, qui sermones sint habiti, Καὶ quid reliqui sit, ut ad partes paratus ueniat: nos interea secundum actum de maioribus ad texamus. In quo quidem, inquit Vacius meae partes, quoniam boues ibi. Quare dicam de bubulo pecore, quam acceperim scientiam: ut si quis quid ignorat, discat: si quis scit, nunc ubi labar obseruet. Vide quid agas, inquam, Vacī. Nam bos in pecuaria, maxima debet esse auctoritate: præsertim in Italia, quæ à bubus nomen habere sit existimata. Græcia enim antiqua (ut scribit Timæus) tauros uocabant ἵταλούς. à quorum multitudine, Καὶ pulchritudine, Καὶ fœtu uitulorum Italianam dixerunt. Alij scripserunt, quod è Sicilia Hercules persecutus sit eò nobilem taurum, ut diceretur Italus. Hic socius hominum in rustico opere, Καὶ Cereris minister. Ab hoc antiqui manus ita abstineri uoluerunt, ut

L. iiiij.

M. V A R R O N I S

capite sanxerint, si quis occidisset. Quia in re testis Attice, testis Peloponnesos. Nam ab hoc pecore Athenis Bu^ζuges nobilitatus, Argis ὄρόνυμος. Noui, inquit ille, maiestatem boum, et ab his dici pleraque magna, ut βέσυνος, βετανδά, βέλιμος, βοῶπις. unam quoque bumammam. Præterea scio hunc esse, in quem potissimum Iuppiter se conuertit, cum exportauit per mare è Phœnicie amans Europā. Hunc esse, qui filios Neptuni è Menalippa seruarit, ne in stabulo infantes grex boum obtereret. Denique ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes mellis matres, à quo eas Græci βερόνας appellant, et hinc Plautum locutum esse Latine. Cum Hirrium prætorem renuntiatum Romanum in Senatum scriptum habere. Sed bono animo es, non minus satisfaciam tibi, quām qui bugoniam scripsit. Primum in bubulo genere ætatis gradus dicuntur quatuor. Prima uitulorum, secunda iuvenium, tertia boum nouellorum, quarta uetulorum. Discernuntur in prima uitulus, et uitula: in secunda iuvenus et iuventa: in tertia et quarta, taurus et uaca. Quæ sterilis est uaca, taura appellata: quæ prægnans, horda. Ab eo in fastis dies hordicalia nominantur, quod tunc hordæ boues immolantur. Qui gregem armentorum emere mult, obseruare debet primum, ut sint hæ pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ, quām iam expertæ. ut sint bene compositæ, ut integris membris oblongæ, amplæ, nigrantibus cornibus, latis frontibus, oculis magnis et nigris, pilosis auribus, compressis malis, subsinuise, gibberi spina leuiter remissa, apertis naribus, labris subnigris, cervicibus crassis ac longis, à collo palearibus demissis, corpore ampio, bene costatos, latis humeris, bonis clunibus, caudam profusam usque ad calcas, ut habeant inferiorem partem frequenti-

bus pilis subcrispam, cruribus potius minoribus, rectis genibus, eminulis, distantibus inter se, pedibus non latis, neque ingredientibus qui displodantur, nec cuius ungulæ diuariant, et cuius ungues sint leues et pares, corium tactu non asperum ac durum, colore potissimum nigro, dein rubeo, tertio heluo, quarto albo. mollissimus enim hic, ut durissimus primus. De medijs duobus prior quam posterior melior, utrique pluris quam nigri, et albi. Neque non præterea, ut mares seminis boni sint, quorum et forma est spectanda, et qui ex his orti sunt, ut respondeat ad parenium specie: et præterea quibus regionibus natit sunt, refert. Boni enim generis in Italia plerique gallici ad opus: contra iugatorij ligustici. Transmarini epirotici non solun meliores totius Græciae, sed etiam Italiæ. tametsi quidam de Italicis quos propter amplitudinem præstare dicunt, ad uictimas farciunt, atque ad deorum seruant supplicia. qui sine dubio ad res diuinias propter dignitatem amplitudinis, et coloris præponendi. Quod eò magis fit, quod albi in Italia non tam frequentes, quam qui in Thracia ad μέλανα νότον, ubi alio colore pauci. Eos cum emimus domitos, stipulamur, sic, illos et boues sanos esse, noxisque præstari? Cum emimus indomitos, sic, illos et iuuenios sanos recte, deque pecore sano esse, noxisque præstari spōdēsne? Paulo uerbosius hæc, qui Mamilius actiones sequuntur lanij, qui ad cultrum bouem emūt, et qui ad altaria, hostiæ sanitatem non solent stipulari. Pascuntur armēta commodissime in nemoribus, ubi uirgulta, et frons multa. Hieme cum hibernant secundum mare, aestu abiguntur in montes frondosos. Propter fœturam hæc seruare soleo. ante admissuram mensem unum, ne cibo, et potionē se impleant, quod existimantur facilius macræ concipere.

M. V A R R O N I S

Contra, tauros duobus mensibus ante admissuram herba, et palea, ac fœno facio pleniores, et à fœminis sacerno. Habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices LXX duo, unum anniculum, alterum bimum. Hoc, secundum astri exortum facio, quod Græci uocant λύρα, secundum nostri. Tū denique tauros in gregem redigo. Mas an fœmina sit concepta, significat de scensu taurus cum iniij: siquidem, si mas est, in dexteriore partem abit: si fœmina in sinistriorem. Cur hoc fiat, uos uideritis, inquit mihi, qui Aristotelem legitis. Non minores oportet imire bimas, ut trimæ pariant, eo melius si quadrimæ. Pleraque pariunt in decem annos, quædam etiam in plures. Maxime idoneum tempus ad concipiendum à delphini exortu usque ad dies X L, aut paulo plus. Quæ enim ita cœperunt, temperatissimo anni tempore pariunt. Vaccae enim mensibus decem sunt prægnantes. De quibus admirandum scriptum inueni, exemptis testiculis, si statim admiseris, concipere. Eas pasci oportet in locis uiridibus, et aquosis. Cauere oportet, ne aut angustius stent, aut feriantur, aut concurrat. Itaque quòd eas æstate tabani concitare solent, et bestiolæ quædam minutæ sub cauda, ne concitentur, aliqui solent includere septis. ijs sub sterni oportet frōdem, aliudue quid in cubilia, quo mollius conquescant. AEstate ad aquam appellēdum bis, hieme semel. Cum parere cœperunt, secundum stabula pabulum seruari oportet integrum, quod egredientes degustare possint: fastidiosæ enim fiunt. Et prouidendum, quò recipiunt se ne frigidus locus sit: algor enim eas, et famis macrescere cogit. In alimonij armenticum pecus sic contuendum, latentes cum matribus ne cubent: obteruntur enim ad eas mane adigi oportet, et cum redierunt è pastu. Cum

creuerunt uituli, leuandæ matres, pabulo uiridi obijcendo in præsepijs. Item his, ut ferè in omnibus stabulis, laides substernendi, aut quid item, ne ungulæ putrescant. Ab æquinoëtio autumnali unà pascuntur cum matribus. Castrare non oportet ante bimatum, quòd difficulter, si aliter feceris, se recipiunt. Qui autem postea castrantur, duri, & inutiles fiunt. Item ut in reliquis gregibus pecuarijs, delectus quotannis habendus, & reijculæ reijciundæ, quòd locum occupant earum quæ ferre possunt fructus. Siquæ amisit uitulum, ei supponere oportet eos, quibus non satis præbent matres. Semestribus uitulis obijciunt furfures triticeos, & farinam ordeacæam, & tenebam herbam: & ut bibant mane, & uesperi curant. De sanitate sunt complura, quæ exscripta de Magonis libris, armentarium meum crebro ut aliquid legat, curo. Numerus de tauris, & uaccis sic habendus, ut in sexaginta, unus sit anniculus, alter bimus. Quidam habent aut minorē, aut maiorem numerum gregum. Nam apud eum duo tauri in septuaginta matribus sunt. Numerū gregum aliis facit alium. Quidam centenarium modicum putant esse, ut ego. Atticus centumuiginti habet, ut Lucienus. Hæc ille.

C A P. V I.

At Murrius, qui, dum loquitur Vacius, cum Lucieno rediisset, Ego, inquit, de asinis potissimum dicam, quòd sum Reatinus, ubi optimi, & maximu fiunt, è quo seminio ego hic procreavi pullos, & ipsis Arcadibus uendidi aliquoties. Igitur asinorum gregem qui facere uult bonum, primùm uidendum, ut mares fœminasque bona ætate sumat, utique ut quādiutissime fructum ferre possit, firmos, omnibus partibus honestos, corpore ampio, seminio bono: ex his locis, unde optimi exeunt, quod faciunt Pelopon-

M. V A R R O N I S

nesii, cum potissimum eos ex Arcadia emebant, in Italia ex agro Reatino. Nō enim si murænæ optimæ flutæ sunt in Sicilia, & ellops ad Rhodō, continuo hi pisces in omni mari similes nascentur. Horum genera duo. unum ferum, quos uocant onagros, in Phrygia, & Lycaonia sunt greges multi. alterum mansuetum, ut sunt in Italia omnes. Ad seminationem onagrus idoneus, quòd è fero fit mansuetus facile, & è mansueto ferus nūquam. Quod similes parentum genuntur, eligendi, & mas, & fœmina cum dignitate ut sint. In mercando item (ut cæteræ pecudes) emptionibus, & traditionibus dominum mutant, & de sanitate, ac noxa solet caueri. Commode pascuntur farre, & furfuribus ordeacæis. Admittuntur ante solsticium, ut eodem tempore alterius anni pariant. Duodecimo enim mense conceptū semen reddunt. Prægnantes opere lenant. Venter enim labore, nationem reddit deteriorem. Marem non dijungunt ab opere, quòd remissione laboris fit deterior. In pastu eadem ferè obseruant, quæ in equis. Secundum partum pullos anno non remouent à matre. Proximo anno noctibus patiuntur esse cum his, & leniter capistris, aliāue qua re habent uinctos. Tertio anno domare incipiunt ad eas res, ad quas quisque eos uult habere in usu. Relinquitur de numero, quorum greges non sane fiunt, nisi ij, qui onera portent. ideo quod plerique deducuntur ad molas, aut ad agriculturam, ubi quid uehendum est, aut etiam ad arandum, ubi leuis est terra, ut in Campania. Greges fiunt ferè mercatorum, ut eorum, qui è Brundisino, aut Appulia asellis dossuarijs comportant ad mare oleum, aut uinum, itēmque frumentum, aut quid aliud.

C A P. V I I.

Lucianus, Ego quoque adueniens aperiā carceres, in-

quit, et equos emittere incipiam, nec solum mares, quos
admissarios habeo, ut Atticus, singulos infœminas dendas,
è quies fœminas Q. Modius Equiculus uir fortissimus
etiam patre militari iuxta ac mares habere solebat. Ho-
rum equorum, et equarum greges qui habere uoluerūt,
ut habent aliqui in Peloponneso, et in Appulia, primum
spectare oportet ætatem, quam præcipiunt. Videbūt ne
sint minores trimæ, maiores decæm annorū. A Etas cogno-
scatur equorum, et ferè omnium qui ungulas indiuisas
habent, et etiam cornutarum, quod equus triginta men-
sium primum dentes medios dicitur amittere: duo supe-
riores, totidē inferiores. Incipientes quartum agere annum
itidem ejciunt, et totidem proximos eorum quos amise-
runt, et incipiunt nasci quos uocant columellares. Quin-
to anno incipienti item eodem modo amittere binos, quos
caninos habent: tum renascentes eis, sexto anno impleri.
Septimo omnes habere solēt renatos, et completos. His ma-
iores qui sunt, intelligi negant posse, præterquam cum
dentes sint facti broachi, et supercilia cana, et sub ea
lacunæ, ex obseruatu dicunt cum equum habere annos
sedecim. Forma esse oportet magnitudine modica, quod
nec uastos, nec minutos decet esse. Equas clunibus, ac uen-
tribus latis. Equos ad admissuram quos uelis habere, le-
gere oportet amplio corpore, formosos, nulla parte corporis
inter se non congruenti. Qualis futurus sit equus, è pullo
coniectari potest, si caput habet non magnum, nec mem-
bris confusis: si est oculis nigris, naribus non angustis, auri-
bus applicatis, non angusta iuba, crebra, fusca, subcrispa,
subtemibus setis implicata in dexteriorem partem aerui-
cis, pectus latum et plenum, humeris latis, uentre modico,
lumbis deorsum uersum pressis, scapulis latis, spina maxi-

M. V A R R O N I S

me dupli*c*i, si*n* minus non extanti. coda ampla subcrispa:
cruribus rectis & æqualibus, genibus rotundis, ne magnis,
nec introrsus spectatibus: unguis duris: toto corpore ut ha-
beat uenas, quæ animaduerti possint, quòd qui huiuscemo-
di sit, & cum est æger ad medendū est appositus, corpore
multo. De stirpe magni interest qua sint, quòd genera sunt
multa. Itaq; ad hoc nobiles à regionibus dicuntur. In Græ-
cia Thessalici equi, à terra Appuli, ab rosea roseni. Equi
boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo conté-
dit, in currēdo, aliáue qua re, quo potior sit: si cū flumē tra-
uehundum est, gregi in primis prægreditur, ac non respe-
ctat alios. Emptio equina simulis ferè ac boum, & a si-
num, quòd eisdem rebus in emptione dominum mutant, ut
in Mamilijs actionibus sunt perscripta. Equinum pecus
passendū in pratis potissimum herba: in stabulis, ac præ-
sepibus, arido fœno. Cum pepererūt, ordeo adiecto bis die
danda aqua. Horum fœturæ initium admissionis facere
oportet, ab æquinoctio uerno ad solsticiū, ut partus idoneo
tempore fiat. Duodecimo enim mense, die decimo diunt
nasci. Quæ post tempus nascentur, ferè uitiosa, atque in-
utilia existunt. Admittere oportet, cum tempus anni uene-
rit, bis in die, mane & uestere. Peroriga enim appellatur
quisquis admittit. eo enim adiutante equæ alligatæ celeri-
us admittuntur, neque equi frustra cupiditate impulsi se-
men ejiciunt. Quoad satis sit admitti ipse significant, quòd
se defendunt. si fastidiū saliendi est, scillæ medium conte-
runt cum aqua ad mellis crassitudinem: tum ea re natu-
ram equæ, cum menses ferunt, tangunt: contrà, ab locis e-
quæ nares equi tangunt. Tametsi incredibile, quod usu ue-
nit memoriæ mandādum: Cū equus matrē ut saliret ad-
duci nō posset, & eū capite obuoluto peroriga adduxisset,

et coegerisset matrem inire, cum descendenti dempsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit.

Cum conceperunt equæ, uidendū ne aut laborent plusculum, aut ne frigidis locis sint, quod algor maxime prægnantibus obest. Itaque in stabulis ab humore prohibere oportet humum, clausa habere ostia, ac fenestras, et inter singulas à præsepibus interijare longurios, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. Prægnantem neque implere cibo, neque esurire oportet. Alternis qui admittunt, diuturniores equos, et meliores pullos fieri dicunt. Itaque ut restibiles segetes essent exuctiores, sic quotannis quæ prægnantes fiant. In decem diebus secundum partum cum matribus in pabulū prodigendum. Ne ungulas comburat stercaus cauendum. Quinquem estribus pullis factis, cum redacti sunt in stabulum, obijciendum farinam ordeacem molitam cum furfuribus, et si quid aliud terranum libenter edent. Anniculis iam factis dandum ordeum, et furfures usque quo ad erunt lactantes. Neque prius biennio confecto à lacte remouendum. Eosque, cum stent cum matribus, interdum tractandum, ne cum sint dijuncti, exterreatur. Eademque causa ibi frenos suspendum, ut equuli consuerant et uidere eorum faciem, et è motu audire crepitus. Cum iam ad manus accedere consuerint, interdum imponere ijs puerū bis, aut ter pronum in uentre, postea iam sedentem, hæc facere cum sic trimus: tum enim maxime crescere, ac lacertosum fieri. Sunt qui dicant post annum et sex menses equulum dormiri posse, sed melius post trimum, à quo tempore farrago dari solet. Hæc enim purgatio maxime necessaria equino pecori, quod diebus decem facere oportet, nec pati alium ullum cibū gustare. Ab undecimo die usque ad quartum

M. V A R R O N I S

decimun dandum ordeum, quotidie adijciēdo minutatim.
Quod quarto die feceris, in eo decem diebus proximis ma-
nendum. ab eo tempore mediocriter exercēdum, et cum
sudarit, perunguendum oleo. Si frigus erit, in equili facien-
dus ignis. Equi quōd alij sunt ad rem militarem idonei,
alij ad uecturam, alij ad admissuram, alij ad cursuram,
non item sunt spectandi atque habendi. Itaque peritus
belli alios eligit, atque alit, ac docet: aliter quadrigarius,
ac desultor. neque idē, qui uectarios facere mult, ad ephip-
pium, aut ad prædam: quōd ut ad rem militarem, quod
ibi ad castra habere uolunt acres. Sic contrā in iūs ha-
bere malunt placidos, propter quod discriminē maxime in-
stitutum, ut castrentur equi. demptis enim testiculis fume
quietiores, et ideo quōd semine carēt, ij canterij appellati,
ut in suibus maiales, gallis gallinaceis, capi. De medicina:
uel plurima sunt in equis et signa morborum, et gene-
ra curationum, quæ pastorem scripta habere oportet.
Itaque ob hoc in Græcia potissimum medici pecorum iτ-
πιατροὶ appellati.

C A P. V I I I.

Cum hæc loqueremur, uenit à Mendate libertus, qui di-
cat liba absoluta esse, et rem diuinam paratam, si uellēt,
ueniret illuc, et ipsi pro se sacrificarentur. Ego uero, in-
quam, uos ire non patiar ante, quā mihi reddideritis ter-
tiū actū, de mulis, de canibus, de pastoribus. Brevis ora-
tio de istis, inquit Murrius. nam muli, et hinni bigeneri,
atque insiticij, non suopte genere ab radicibus. ex equa e-
nim et asino fit mulus. Cōtrà ex equo et asina hinnus.
Vterque eorum ad usum utilis, partu fructus neuter. Pul-
lum asinini à partu recētem subiiciunt equæ, cuius lacte
ampliores fiunt, quōd id lacte quam asinum, ac alia o-
mnia dicunt esse melius. Præterea educant cū paleis, fœ-

no, ordeo. Matri suppositiciæ quoque inseruiunt, quo equa ad ministerium lattis cibum pullo præbere possit. Hic ita eductus à primo, potest admitti. neque enim aspernantur propter consuetudinem equinam. Hunc minorem si admisseris, et ipse citius senescat, et quæ ex eo concipiuntur fiunt deteriora. Qui non habent eum asinum, quem supposuerunt equæ, et asinum admissarium habere uolūt, de asinis quem amplissimum formosissimumq; possunt, eligunt. quique seminio natus sit bono, Arcadiæ, ut antiqui dicebant, ut nos experti simus, Reatino: ubi tricenisi, ac quadrigenis millibus admissarij aliquot uenierunt. quos emimus item ut equos, stipulamurque in emendo, ac facimus in accipiendo idem quod dictum est in equis. Hos pascamus præcipue fœno atque ordeo, et id ante admissuram largius facimus, ut cibo suffundamus uires ad fœturam. Eodē tempore, quo equos adducentes, ipsisque ut ineat equas perorigas curamus. Cum peperit equa mulum, aut mulam nutricantes educamus. Hi, si in palustribus locis, atque uliginosis nati, habet ungulas molles. Idem si exacti sunt æstiuo tempore in montes, quod fit in agro Reatino, durissimis ungulis fiunt. In grege mulorum parando, spectanda ætas, et forma. alterum ut uecturis sufferre labores possint: alterum ut oculos aspectu delectare queant. Hisce enim binis coniunctis omnia uehicula in ijs ducentur. Hæc me Reatino auctore probares mihi, inquit, nisi tu ipse domi equarū greges haberes, ac mulorum greges uendidisses. Hinnus, qui appellatur, est ex equo et asina, minor quam mulus corpore, plerunque rubicundior, auribus ut equinis, iubam, et caudam similem asini. Item in uentre est (ut equus) menses duodecim. Hosce item ut equulos et educant, et alunt, et ætatem eorum ex den-

M.i.

tibus cognoscunt.

C A P . I X .

Reliquum inquit Atticus, de quadrupedibus, quod ad canes attinet, maxime ad nos, qui pecus passim lanare. Canis enim ita custos pecoris, ut eius, quod eo comite indiget ad se defendendum. In quo genere sunt maxime oves, deinde caprae. Has enim lupus captare solet, cui opponimus canes defensores. In suillo pecore tamen sunt, quae se vindicent sues, uerres, maiales, scrofae. propè enim hæc apris, qui in siluis saepe dentibus canes occiderunt. Quid dicam de pecore maiore? cum sciam mulorum gregem cum passeretur, eoque uenisset lupus, ultro mulos circumfluxisse, et ungulis cædendo eum occidisse? et tauros solere diuersos assistere clunibus continuatos, et cornibus facile propulsare lupos? Quare de canibus, quoniam genera duo, unum uenaticum, et pertinet ad feras bestias, ac siluestres: alterum, quod custodiæ causa paratur, et pertinet ad pastorem: dicam de eo ad formam artis expositam in nouem partes. Primum ætate idonea parandi, quod aituli et uetuli neque sibi, neque omnibus sunt præsidio, et feris bestijs nonnunquam prædae. Facie debent esse formosi, magnitudine ampla, oculis nigrantibus aut rauis, naribus congruentibus, labris subnigris aut rubicundis, neque resimus superioribus, nec pendulis subtus, mento suppresso, et ex eo enatis duobus dentibus dextra et sinistra, paulo eminulis superioribus, directis potius, quam brochis: acutis, quos habeant, labro tectos: capitibus, et auriculis magnis, ac flaccidis: crassis ceruicibus, ac collo: internodis articulorum longis: cruribus rectis, et potius uaris, quam uatijs: pedibus magnis, et altis, qui ingrediendi ei displodantur: digitis discretis: unguibus duris, ac curvis: solo nec ut corneo, nec nimium duro, sed ut ferment-

tato, ac molli: à feminibus summis corpore suppresso: spina neque eminula, neque curua: cauda crassa: latratu gravi: hiatu magno: colore potissimum albo, quod in tenebris specie leonina. Præterea fœminas uolunt esse mammulas æqualibus papillis. Item uidendum, ut boni seminijs sint. Itaque à regionibus appellantur Lacones, Epirotici, Sallentini. Videndum ne à uenatoribus, aut lanij canes emas. alteri, quod ad pecus sequendum inertes. alteri, si uiderint leporem, aut cœrum, quod eum potius, quam oues sequentur. Quare aut à pastoribus empta melior, quæ oues sequi consuevit: aut sine ulla consuetudine quæ fuerit. canis enim facilius quid assuescit, eaque consuetudo firmior, quæ sit ad pastores, quam quæ ad pecudes. P. Audius Pontianus Amiterninus, cum greges ouium emisset in Umbria ultima, quibus gregibus sine pastoribus canes accessissent: pastores ut deducerent in Metapontinos saltus, et Heracleæ emporium: inde cum domum redissent, qui ad locū deduxerant, è desiderio hominum diebus pauca postea canes sua sponte, cum dierum multorum via interesset, sibi ex agris cibaria præbuerunt, atque in Umbriam ad pastores redierunt. neque eorum quisquam fecerat quod in agricultura Saserna præcepit, Qui uellet se à cane sectari, uti ranam obijciat noctam. Magni interest ex semine esse canes eodem, quod cognati maxime inter se sunt præsidio. Sequitur quartum de emptione: fit alterius, cum à priore domino secundo traditū est. De sanitate, et noxa stipulationes sicut eadem quæ in pecore: nisi quod hic utiliter exceptum est. Alij pretium faciunt in singula capita canum. Alij ut catuli sequantur matrem. Alij ut bini catuli unius canis numerū obtineant, ut solent bini agni ouis. Plerique ut accedant canes, qui consuerunt esse unū. Cibatus

M.ij.

M. V A R R O N I S

canis propior hominis , quām ovis . Pascitur enim ē culi-
na eō ossibus, non herbis aut frondibus . Diligenter ut ha-
beat cibaria prouidendum . fames enim hos ad quæren-
dum cibum ducet, si non præbebitur , & à pecore abdu-
cet . Nisi si (ut quidam putant) etiam illuc peruererint, pro-
uerbium ut tollunt antiquum: uel etiam ut μῦθον aperiāt
de Actæone, atque in dominum afferant dentes . Necnon
ita panem ordeacēum dandum, ut non potius eum in la-
ete des in tritum , quòd eo consueti cibo uti , à pecore non
cito desiscunt . Morticinæ ovis non patiuntur uesti car-
ne, ne ducti sapore minus se abstineant . Dant etiam ius ex
ossibus, & ea ipsa ossa contusa . dentes enim facit firmio-
res, & os magis patulum . Propterea quòd uehementius di-
ducuntur malæ, acriorēsque fiunt propter medullarum sa-
porem . Cibum capere consuescant interdiu, ubi pascuntur:
uesperi, ubi stabulantur . De fœitura, principium admitten-
di faciunt ueris principio, tunc enim dicuntur catulire, id
est, ostendere uelle se maritari . Quæ cum admissæ, pariunt
circiter solsticio . prægnantes enim solent esse ternos men-
ses . In fœitura dandum potius ordeacēos quām triticeos
panes . magis enim eo aluntur, & lactis præbent maiorem
facultatem . In nutritatu secundum partum si plures sunt,
statim eligere oportet quos habere uelis , reliquos abiçe-
re . Quām paucissimos reliqueris, tam optimū in alendo fi-
unt propter copiam lactis . sub sternitur eis acus, aut quid
item aliud, quòd molliore cubili facilius educantur . Ca-
tuli diebus XX uidere in ciunt . Duobus mensibus pri-
mis à partu non dijunguntur à matre, sed minutatim de-
suefiunt . Educunt eos plures in unum locum, & irritant
ad pugnandum, quo siant acriores, neque defatigari pa-
tiuntur, quo siant segniores . Consue quoque faciunt ut al-

ligari possint, primum leuibus uinculis, quæ si abrodere conantur, ne id consuetant facere, uerberibus eos deterre-re solent. Plumijs diebus cubilia substernenda fronde aut pabulo, duabus de causis, ut ne obliniantur, aut perfrige-scant. Quidam eos castrant, quòd eo minus putant relin-quere gregem. quidam non faciunt, quòd eos credunt minus acres fieri. quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, et inter digitos: quòd muscæ, et ricini, et pulicæ soleant (si hoc unguine non sis usus) ea exulce-rare. Ne uulnerentur à bestijs, imponuntur his collaria, quæ uocantur mælium, id est, cingulum circum collum ex corio firme cum clavulis capitatis, quæ intra capita insui-tur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. Quòd si lu-pus, alijsue quis his uulneratus est, reliquas quoque canes facit, quæ id non habent, ut sint in tuto. Numerus canum pro pecoris multitudine solet parari. Ferè modicum esse pu-tant, ut singuli sequantur singulos opiliones, de quo nu-mero alius alium modum constituit. Quod si sunt regio-nes ubi bestiæ sint multæ, debent esse plures. quod acti-dit ijs, qui per calles siluestres longinquos solent comitari in aestua, et hiberna. Villatio uero gregi in fundum sa-tis esse duo, et id marem, et fœminam. Ita enim sunt as-fiduiores, quod cum altero idem fit acrior, et si alter in-desinenter æger est, ne sine cane grex sit. Cum circunspি-ceret Atticus nequid præterisset, Hoc silentium, inquam, uo-cat alium ad partes.

C A P. X.

Reliquum enim in hoc actu, quot, et quod genus sine habendi pastores. Cossinius ad maiores pecudes ætate su-periores, ad minores etiam pueros, et utroque horum fir-miores, qui in callibus uersentur, quam eos, qui in fundo quotidie ad uillam redcant. Itaque in saltibus liæt uide-re

M. iiij.

M. V A R R O N I S

iumentum, et eam ferè armatam, cum in fundis non modo pueri, sed etiam puellæ pascant. Qui pascunt eos, cogeret oportet, in pastione diem totum esse, pascere communiter. Contra, pernoctare ad suum quenque gregem, esse omnes sub uno magistro pecoris: eum esse maiorem natu potius quam alios, et peritorem quam reliquos, quod ijs, qui aetate, et scientia præstant, animo æquiore reliqui parent. Ita tamen oportet aetate præstare, ut ne propter senectutem minus sustinere possit labores. Neque enim senes, neque pueri callium difficultatem, ac montium arduitatem, atque asperitatem facile ferunt: quod patiendū illis, qui greges sequuntur, præsertim armenticos, ac caprinos, quibus rupes, ac siluae ad pabulandū cordi. Formæ hominum legendæ, ut sint firmæ, ac ueloces, mobiles, expeditis membris: qui non solum pecus sequi possint, sed etiam à bestijs, ac prædonibus defendere, qui onera extollere in iumenta possint, qui excurrere, qui iaculari. Non omnis apta natio ad pecuariam, quod neque basculus, neque turdulus idonei: Galli appositissimi, maxime ad iumenta. In emptionibus dominum legitimum sex ferè res perficiunt, si hæreditatem iustum adiūt: si, ut debuit, mancipio ab eo accipit, à quo iure ciuli potuit: aut si in iure cœssit cui potuit cedere, et id ubi oportuit: aut si usu cœpit: aut si è præda sub corona emit: tumue cum in bonis sectio, néue cuius publice uenit. In horum emptione solet accedere peculum, aut si excipiet stipulatio, intercedere sanum eum esse, furfis, noxiisque solutum. Aut si mancipio non datur, dupla promitti: aut si ita pacti, simpla. Cibus eorum debet esse interdiu separatim uniuscuiusque gregis. Vespertinus in cœna, qui sunt sub uno magistro, communis. Magistrum prudere oportet, ut omnia sequantur instrumenta, quæ pe-

cori & pastoribus opus sunt, maxime ad iunctum hominem, & ad medianam pecudū: ad quam rem habent iumenta dossuaria domini, alijs equas: alijs pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit. Quod ad fœturam humana pertinet pastorum, qui in fundo perpetuo manent, facile est, quod habeant conseruā in villa. nec hac uenit pastoralis longius quid querit. Qui autem sunt in saltibus, & siluestribus locis pascunt, & non villa, sed casis repetitis imbris uitāt: his mulieres adiungere, quæ sequantur greges, ac cibaria pastoribus expediant, eosque assiduiores faciant, utile arbitrati multi. Sed eas mulieres esse oportet firmas, non turpes, quæ in opere, ut in multis regionibus, non cedant uiris, ut in Illyrico passim uidere licet, quod uel pascere pecus, uel ad focum afferre ligna, ac cibū coquere, uel ad casas instrumentum seruare possunt. De nutricatu hoc dico, easdē ferè & nutrices, & matres. Tremellius, simul aspicit ad me, Et ut te audiū dicere, inquit, cū in Lyburniā uenisses, te uidisse matres familias eorum, afferre ligna, & simul pueros, quos alerēt, alias singulos, alias binos, quæ ostenderent fœtas nostras, quæ in conopeis iacent dies aliquot, esse leuūcidas, ac contēnendas. Cui ego, Certe inquam. nam in Illyrico hoc amplius, prægnante sēpe, cum uenit pariendi tempus, non longe ab opere discedere, ibique enixam puerū referre, quem non peperisse, sed inuenisse putas. necnon etiā hoc quas uirgines ibi appellant, nonnunquam annorū XX, quibus mos eorum non denegauit ante nuptias ut succumberent quibus uellent, & in comitatis ut uagari licet, & filios habere. Quæ ad ualitudinem pertinent hominum, ad pecoris, ut sine medico curari possint, magistrum scripta habere oportet. Is enim sine literis idoneus non est, quod rationes dominicas

M. iiiij.

pecuarias confidere, ne quicquam recte potest. De numero pastorū alijs angustius, alijs laxius constituere solent. Ego in octogenas hirtas oves singulos pastores constitui, Atticus in centenas. In gregibus omnium, sed magnis quos milliarios faciunt quidā, facilius de summa hominum detrahere posse, quam de minoribus, ut sunt et Attici et mei. Septingenarij enim mei: tu opinor, octingenarios habuisti. Nec tam non ut nos arietum decimalam partem. Ad equarum gregem quinquagenarium bini homines. utique uterque horum ut secum habeat equas domitas singulas in ijs regionibus: in quibus stabulari solent equas abigere, ut in Appulia, et in Lucanis accidit saepe.

C A P. XI.

Quoniam promissa absoluimus, inquit, eamus. Siquidem, inquam, adieceritis de extraordinario pecudū fructu, ut prædictū est de lacte in eo, et tonsuralanæ. Est omnium rerū, quas cibi causa capimus, liquentiū maxime alibile, et id ouillum, inde caprinum. Quod autē maxime perpurget est equinum, tum asinīnū, dein bubulum, tum caprinū. Sed horum sunt discrimina quædā, et à passionibus, et à pecudū natura, et à mulctu. A' passionibus, quod fit ab ordeo, et stipula, et omnino arido, et firmo cibo peccide pastā, id alibile. ad perpurgandum, id quod à viridi pascuo, et eo magis fluxe ex herba, quæ ipsa sumpta perpurgare corpora nostra solet. A' pecudum natura, quod lac melius est à ualentibus, et ab ijs, quæ nondū ueteres sunt, quam si est contrā. A' mulgedo, atque ortu optimum est id quod neque emunctum longe abest à mulso, neque à partu continuo est sumptum. Ex hoc lacte casei qui fiunt maximi cibi, sunt bubuli, et qui difficiillime transcant sumpti. Secundo ouilli minimi cibi: et qui facillime deiijciantur, caprini. Est etiam discriminē, utrum casei molles ac reantes

sint, an aridi, et ueteres. Cum molles sunt, magis alibiles, in corpore non resedes: ueteres et aridi contrà. Caseum facere incipiunt à uergilijs uernis exortis ad aestivas uer-gilijs. Mulgent uere ad caseum faciendum mane, alijs tem poribus, meridianis horis, tamet si propter loca, et pabulum disparile, non usquequaque idem fit. In lactis duos congos addunt coagulum magnitudine oleæ, ut coeat. quod melius leporinum, et hœdinium quam agnинum. Alij pro coagulo addunt de fici ramo lac, et acetum. aspergunt item alijs aliquot rebus, quod Græci appellant alijs ὄπον, alijs σάκυπον. Non negarim, inquam, ideo apud diuæ Rus miæ sacellum à pastoribus satam sicum. Ibi enim solent sacrificari lacte pro uino, et pro lactentibus. mammæ enim rumis, siue Rumæ, ut ante dicebant, à rumi, et inde dicuntur subrumi agni: lactentes, à lacte. Quim aspergi solent sales, melior fossilis quam marinus. De tonsura om̄ū primum animaduerto ante quam incipiam facere, num sc̄ biem aut ulera habeat, ut, si opus est, ante curētur, quam tondantur. Tōsuræ tempus inter æquinoctium uernum, et solsticium, cum sudare incœperunt oues. à quo sudore recens lana tonsa suida appellata est. Tonsas recentes eodem die perungunt uino, et oleo: non nemo admixta cera alba, et adipe suillo. Et si ea tecta solet esse, quam habuit pellem inieclam eam intrinsecus eadem re perinungunt, et tegunt rursus. si qua in tonsura plagam accepit, eum locum oblinunt pice liquida. Oues hirtas tondent circiter ordeacem messem: in alijs locis ante fœniscia. Quidam his in anno bis tondent, ut in Hispania citeriore, ac seme-stres faciunt tonsuras. dupliam impendunt operam, quod sic plus putant fieri lanæ: quo nomine quidam bis secant prata. Diligentiores tegeticulis subiectis oues tondere solent,

ne qui floci intereant. Dies ad eam rem sumuntur sereni,
 & ijs id faciunt ferè à quarta ad decimam horam: quo-
 niam sole calidiore tonsa, ex sudore eius lana fit mollior,
 & ponderosior, & colore meliore. Quam demptam, ac
 conglobatim alijs uellera, alijs uelumina appellant. ex quo-
 rum uocabulo animaduerti licet, prius lanæ uulsuram
 quam tonsuram mucntam. Qui etiam nunc uellunt, ante
 triduo habent ieunias, quòd languidae minus radices lanæ
 retinent. Omnia tonsores in Italia primum uenisse ex si-
 cilia dicuntur post R. C. A. CCCCCL IIII, ut scri-
 ptum in publico Ardeæ in literis extat, eosque adduxisse P.
 Ticiiniū Menam. Olim tonsores non fuisse ad significat an-
 tiquorū statuæ, quòd pleræque habent capillum, & barbā
 magnam. suscipit Cossinius, Ut fructum ovis è lana adue-
 stimentum: sic capra pilos ministrat ad usum nauticum, &
 ad bellicæ tormenta, & fabrilia uasa. Neque non quædā
 nationes harum pellibus sunt uestitæ, ut in Getulia, & in
 Sardinia. cuius usum apud antiquos quoque Græcos fuis-
 se apparet, quòd in tragœdijs senes ab hac pelle uocantur
 οἰφθερίαι, & in comœdijs, qui in rustico opere morantur,
 ut apud Cæciliū in Hypobolimæo habet adolescens, apud
 Terentiū in Heautōtimorumo senex. Tōdentur, quòd ma-
 gnis uillis sunt in magna parte Phrygiæ, unde ciliæ, &
 cætera eius generis ferri solent. Sed quòd primum ea ton-
 sura in Ciliaa sit instituta, nomen id ciliæ adiecerisse di-
 cunt. Illi hoc. neque ab hoc, quòd mutaret Cossinius. Et si-
 mul Vituli libertus in urbē ueniens ex hortis diuertitur ad
 nos, Et ego ad te missus, inquit, ibam, domum rogatum, ne
 diem festum faceres breuiorem, & mature uenires. Itaque
 discedimus ego, & scrofa in hortos ad vitulū. Niger in Tur-
 ranij nostri. illi partim domum, partim ad Lenatem.

C A P I T A L I B R I I I .

*

De villaticis pastionibus.	Cap. I
Quæ dicitur villa.	Cap. II
Quæ in villa, circu'mue eam ali uel pasci possint.	III
De auibus in genere.	III
De Turdis.	V
De Pauonibus.	VI
De Columbis.	VII
De Turturibus.	VIII
De Gallinis.	IX
De Anseribus.	X
De Anatibus.	XI
De Leporibus.	XII
De Apris.	XIII
De Coccois.	XIII
De Gliribus.	XV
De Apibus.	XVI
De Pisces.	XVII

M A R . T E R E N T I I V A R R O N I S
 R E R V M R V S T I C A R V M ,
 D E V I L L A T I C I S P A -
 S T I O N I B . L I B . I I I .

C A P V T I .

C V M duæ uitæ traditæ sint hominum, ru-
 stica, et urbana, Q. Pinni, dubium non est,
 quin hæ non solum locum discretæ sint,
 sed etiam tempore diuersam originem ha-
 beant. antiquior enim multo rustica, quod
 fuit tempus, cum rura colerent homines, neque urbem habe-

M. V A R R O N I S

rent. Etenim uetusissimum oppidū cum sit traditum Græcum, Bœotiae Thebæ, quod rex Ogyges ædificarit: in agro Romano Roma, quam Romulus rex. Nam in hoc nunc demique est, ut dici possit, non cum Ennius scripsit, Septingenti sunt pauloplus, aut minus anni, Augusto augurio postquam inclita condita Roma est. Thebæ, quæ ante cataclysmo Ogygi conditæ dicuntur, eæ tamen circiter duo millia annorū et cæntum sunt. quod tempus si referas ad illud principium, quo agriculti sunt coepiti, atque in casis, et tugurijs habitabant, nec murus, nec porta quid esset sciebant: immanni numero annorum urbanos agricultæ præstant. nec mirum, quod diuina natura dedit agros, ars humana ædificauit urbes. Cum artes omnes dicantur in Græcia intra mille annorum repertæ, agri nunquam non fuerint in terris, qui coli possint. Neque solū antiquior cultura agri, sed etiam melior. Itaque non sine causa maiores nostri ex urbe in agris redigebant suos ciues, quod et in pace à rusticis Romanis alebatur, et in bello ab his tuebantur. Nec sine causa Terrā eandem appellabant matrem, et Cererem, et qui eam colerent, piam et utilem agere uitam credebant, atque eos solos reliquos esse ex stirpe Saturni regis. Cui consentaneum est, quod initia vocantur potissimum ea, quæ Cereri fiunt sacra. Nec minus oppidi quoque nomen Thebæ indicant antiquiorem esse agrum, quod ab agri genere, non à conditore nomen ei est impositum. Nam lingua prisca et in Græcia AEoleis Bœotij sine afflatu vocant collis Tebas: et in sabinis quæ è Græcia uenerūt Pelasgi, etiā nunc ita dicunt. Cuius uestigium in agro Sabino via Salaria non longe à Reate milliarium clivus appellatur Tebæ. Cū agriculturam primo propter paupertatem maxime indiscretam haberent,

quòd à pastoribus, qui erant orti in eodem agro & serebant, & pascebant: qui postea creuerunt, peculia diuiserunt, ac factum ut dicarentur alijs agricolæ, alijs pastores. Quæ ipsa pars duplex est, tametsi ab nullo satis discreta, quòd altera est villatica pastio, altera agrestis. Hæc nota & nobilis, quòd & pecuaria appellatur, & multum homines locupletat, & ob eam rem aut conductos, aut emptos habent saltus. Altera villatica, quòd humilis uidetur, à quibusdam adiecta ad agriculturam cum esset pastio, neque explicata tota separatim, quod sciam, ab ullo. Itaque cum putarem esse rerum rusticarum, quæ constituta sunt fructus causa tria genera, unum de agricultura, alterum de re pecuaria, tertium de villaticis passionibus: tres libros institui, è quæs duos scripsi. primum ad Fundaniā uxorem de agricultura, secundum de pecuaria ad Turranium Nigrum. qui reliquis est tertius de villaticis fructibus, in hoc ad te mitto, quòd uisus sum debere pro nostra uicinitate, & amore scribere potissimum ad te. Cum enim willam haberem opere tectorio & intestino, ac pavimentis nobilibus lithostrotis spectandam, parum putas esse, ni tuis quoque literis exornati parietes essent. Ego quoque, quo ornatior ea esse posset fructu quam factu, quo ad facere possem, hæc ad te misi, recordatus de ca re sermones, quos de villa perfecta habuissimus. de quibus expoundis initium capiam hinc.

C A P. II.

Comitijs ædilicijs cum sole caldo ego & Q. Axius senator tribulis suffragum tulissemus, & candidato, cui studebamus, uellemus esse præstv, cū domum rediret: Axius, Mihi dū diribentur, inquit, suffragia, uis potius uillæ publicæ utamur umbra, quam priuati candidati tabella, dum ita ædificemus nobis? Opinor, inquam, non solum quod di-

M. V A R R O N I S

citur, Malum consilium, consulti est pessimum: sed etiam bonum consilium, qui consulit, & qui consulitur, bonum habendum. itaque imus, uenimus in villam. Ibi Appium Claudium augurem sedentem inuenimus in subsellijs, ut consuli, siquid usus poposisset, esset praesto. Sedebat ad sinistram ei Cornelius Merula consulari familia ortus, & Firællius Pauo Reatinus. ad dextram Minutius Pica, & M. Petronius Passer. Ad quem cum accessimus, Axius Ap-pius subridens, Recipis nos inquit, in tuum ornithona, ubi sedes inter aues? Ille, Ego uero, inquit, te præsertim, cuius aues hospitales etiam nunc ructor, quas mihi apposuisti paucis ante diebus in villa Reatina ad lacum Velini, euntide controuersijs Interamnatium & Reatinorum. Sed non hæc, inquit, villa quanquam ædificarunt maiores nostri, frugalior, ac melior est, quam tua illa perpolita in Reatino. Nuncibi hic uides circum, aut aurum? num minium, aut armeniū? num quod emblema, aut lithostrotum? quæ illic omnia contra. Et cum hæc sit communis uniuersi populi, illa solius tua: hæc quo succedant è campo ciues, & reliqui omnes, illa quo equæ & asini: præterea cum ad Remp. administrandam hæc sit utilis, ubi cohortes ad delectum consuli adductæ confidant, ubi arma ostendant, ubi censores ænsu admittant populu, Tua, inquit, hæc in campo Martio extremo utilis, & non delicijs sumptuosior, quam omnes omnium Reatinæ: tum & oblita tabulis est pictis, nec minus signis ornata. Ad mea uestigium ubi sit nullum Lysippi, aut Antiphyli, sed crebra satoris, & pastoris. & cum villa non sit sine fundo magno, & eo polito cultura, tua ista neque agrum habet ullum, nec bouē, nec equam. Denique quid tua habet simile villa illius, quam tuus amis & proamus habebat? Nec enim ut illa fœnisi-

cia uidet arida in tabulato, nec uindemiam in cælla, neque in granario messim. Nam quod extra urbem est ædificium, nihilo magis ideo est villa quam eorum ædificia, qui habitant extra portam flumentanam, aut in AEmilia-nis. Appius subridens, Quoniam ego ignoro inquit, quid sit villa, uelim me doceas, ne labar imprudentia, quod uolo emere à M. Seio in Ostensi nullam. Quod si ea ædifica villæ non sunt, quæ asinum tuum, quem mihi quadraginta milibus emptum ostendebas apud te, non habent, metuo ne pro villa emam Ostiæ in litore Seianas ædes. Quod ædificium hic me L. Merula impulit ut cuperem habere, cum diceret nullam se accepisse villā qua magis delectatus esset, cum apud eū dies aliquot fuisset. Nec tamen ibi se uidisse tabulam pictam, neque signum aheneum, aut marmoreum ullū: nihilo magis torcula uasa uindematoria, aut serias olearias, aut trapetas. Axius aspicit Merulam, Et quid igitur, inquit, est ista villa, si nec urbana habet ornamenta, neque rustica membra? Cui ille, Non minus villa tua erit ad angulū Velini, quam neque pictor, neq; tector uidit unquam in Rosea, quæ est polita opere tectorio eleganter, quā dominus habes communē cum asino. Cū significasset mutu, nihilo minus esse nullam eam, quæ esset simplex rustica, quam eam, in qua esset utrūque et ea, et urbana, et rogasset quid ex his rebus colligeret, Quid, inquit, si propter passiones tuus fundus in rosea probādus sit: et quod ibi pascitur pecus, ac stabulatur, recte villa appellatur? Hæc quoque simili de causa debet vocari villa, in qua propter passiones fructus capiuntur magni. Quid enim refert utrum propter oves, an propter aues fructus capias? An' ne dulcior est fructus apud te ex bubulo pecore, unde apes nascentur, quam ex apibus, quæ ad villā, in al-

M. V A R R O N I S

uedarijs opus faciunt? Et num pluris nunc tu ē villa illic natos uerres lanio uendis, quām hic apros macellarios Seius? Qui minus ego, inquit Axius, istas habere possum in Reatina villa? nisi si apud Seiū siculū sit mel, Corsicum in Reatino: Et hīc aprum glans cum pascit empticia facit pinguem, illic gratuita exilem. Appius, Posse ad te fieri, inquit, Seianas passiones non negavit Merula: ego non esse ipse uidi. Duo enim genera cum sint passionum: unum agreste, in quo pecuariæ sunt: alterū villaticum, in quo sunt gallinæ, ac columbæ, et apes, et cætera quæ in villa solent pasci: de quibus et Pœnus Mago, et Cassius Dionysius, et alij quid separatim ac dispersim in libris reliquerunt, quos Seius legisse uidetur, et ideo ex his passionibus ex una villa maiores fructus capere, quām alij faciunt ex toto fundo. Certe, inquit Merula. nā ibi uidi greges magnos anserum, gallinarū, columbarū, gruum, pauorum, nec non gliriū, pisium, aprorū, et cætera uenationis. ex quibus rebus scriba librarius libertus eius, qui apparuit Varro, et me absente patrono hospitio accipiebat, in annos singulos plus quinquaginta millia ē villa carperc dicebat. Axio admirati, Certe nosti, in qua, mater teræ meæ fundū in sabinis, qui est ad quartum et uicesimum lapide via salaria à Roma. Quidni, inquit ubi æstate diē meridi die diuidere soleam, cum eo Reate ex urbe, aut cum inde uenio hieme noctu ponere castra. Atq; in hac villa qui est ornithon, ex eo uno quinquemilia scio uenisse turdorum denarij ternis, ut saxaginta milia ea pars reddiderit eo anno villa, bis tantum quām tuus fundus ducentum iugerū Reate reddit. Quid sexaginta, inquit Axius? LX, LX derides? sexaginta inquam. Sed ut ad hunc bolum peruenias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicuius,

ut tunc fuit Scipionis Metelli, aut collegiorum cœnæ, quæ tunc innumerabiles, excedebant annonam macelli. Reliquis annis omnibus et hāc expectabis summam: spero non tibi decoquet non ornithon. Neque hoc accidit his moribus, nisi raro, ut decipiari. Quotus quisque enim est annus, quo non uideas epulum, aut triumphum, aut collegia non epulari, quæ nunc innumerabiles incendunt annam? Sed propter luxuriam inquit, quodammodo epulu quotidianum est intra ianuas Romæ. Nonne item L. Albutius homo (ut scitis) apprime doctus, cuius Luciliano charactere sunt libelli, dicebat in Albano fundum suum passionibus semper uinci à villa? agrum enim minus dena millia reddere, villam plus uicena. Idem secundum mare quo loco uellet, si parasset villam, se supra centum millia à villa recepturum. Age non M. Cato nuper cum Luculli accipit tutelam, è piscinis eius quadraginta millibus sexterrūs uendidit pisces? Axius, Merula mihi, inquit, recipe me quæso discipulum uillaticæ passionis. Ille, Quid simulac promiseris mineral, incipiam inquit, id est cœnam. Ego uero non recuso, uel hodie ex ista passione crebro. Appius, Credo simulac primum ex isto uillatico pecore mortui erunt anseres, aut pauones. Cui ille, Quid enim interest utrum morticinas editis uolucres, an pisces, quos nisi mortuos es sis nunquam? Sed oro te, inquit, induce me in uiam disciplinæ uillaticæ passionis, ac uim, formamque eius expone Merula non grauate.

CAP. III.

Primum inquit, dominum scientem esse oportet earum rerum, quæ in villa, circumue eam ali ac pasci possint, ita ut domino sint fructui, ac delectationi. Eius disciplinæ genera sunt tria, ornithones, leporaria, piscinæ. Nunc ornithonas dico omnium alitum, quæ intra parietes villæ so-

N.i.

lent pasti. Leporaria te accipere uolo, non ea quæ tritacui nostri diæbat, ubi soliti lepores sint, sed omnia septa affecta uillæ quæ sunt, et habent inclusa animalia quæ paſcantur. Similiter piscinas dico eas, quæ in aqua dulci, aut salsa inclusos habent pisces ad uillam. Harum singula genera minimum in binas species diuidi possunt. In prima parte ut sint, quæ terra modo sunt contenta, ut sunt pavones, turtures, turdi. Altera species sunt, quæ non sunt contenta terra solum, sed etiam aquam requirunt, ut sunt anseres, querquedulæ, anates. Sic alterum genus illud ue-naticum duas habet diuersas species: Vnam, in qua est aper, caprea, lepus: Altera item extra uillam, quæ sunt, ut apes, cocleæ, glires. Tertij generis aquatilis item species duæ, partim quod habent pisces in aqua dulci, partim quod in marina. De his sex partibus adhuc ista tria genera artificum paranda, aucupes, uenatores, pescatores, ut ab his emenda, quæ tuorum seruorum diligentia tuearis in foœtura ad partus, et nata nutricare saginare quoque, in macellum ut perueniant. Neque non etiam quedam assumenta in uillam sine retibus aucupis, uenatoris, pescatoris, ut glires, cocleæ, et gallinæ. Earum rerum cultura instituta prima, ea quæ in uilla habentur. non enim solum augures Romani ad auspicia primum pararunt pullos, sed etiam patres familiæ rure. Secunda, quæ maceriae ad uillâ ue-nationis causa cluduntur, et propter aluearia. apes enim subter subgrundas ad initio uillatio usæ tecto. Tertia piscinæ dulcæ fieri cœptæ, et è fuminibus captos receperre ad se pisces. Omnibus tribus his generibus sunt binî gradus, superiores, quos frugalitas antiqua: inferiores, quos luxuria posterior adiecit. Primus enim ille gradus antiquus maiorum nostrum erat, in quo essent aviaria,

duo duntaxat, in plano cohors in qua pascabantur gallinæ, et earum fructus erant oua, et pulli. Alter sublimis, in quo erant columbæ in turribus, aut summa villa. Contrà, nunc aviaria sunt nomine mutato, quod vocantur ornithones, quæ palatum suave domini paravit, ut tecta maiora habeant, quam tum habebat, totas villas, in quibus stabulentur turdi ac pauones. Sic in secunda parti, ac leporario pater tuus Axi, præterquam lepusculum è uenatione uidit nunquam. Neque enim erat magnum id septum, quod nunc ut habeant multos apos ac capreos, complura iugera maceris concludunt. Non tum, inquit, mihi, cum emisti fundum Thusculanum à M. Pisone in leporario apri fuerunt multi. In tertia parti quis habebat piscinam, nisi dulcem, et in ea duntaxat squalos, ac mugiles pisces? Quis contrà nunc Rhinton non dicit sua nihil interesse, utrum ijs piscibus stagnum habeat plenum, ar ranis? Non Philippus cum ad Immidium hospitem Cassini diuertisset, et ei è tuo flumine lupum pisæm formosum apposuisse, atque ille gustasset, et expusset, dixit, Preeam ni pisæm putavi esse? Sic nostra ætas, inquam, luxuria propagauit leporaria, ac piscinas protulit ad mare, et in eas pelagios greges piscium reuocauit. Non propter hos appellati Sergius Orata, et L. Murena? Quis enim propter nobilitatem ignorat piscinas Philippi, Hortensi, Lucullorum? Quare unde uelis me incipere Axi, dic.

C A P. I I I I.

Ille, Ego uero, inquit (ut aiunt) post principia in castris, id est, ab ijs potius temporibus, quam superioribus: quod ex pauonibus fructus capiuntur maiores, quam è gallinis. Atque adeo nō dissimulabo, quod uolo, de ornithone primum, quod lucrificerūt hoc nomen turdi. sexaginta enim

N. ij.

M. V A R R O N I S

millia Firællina excande me fecerūt cupiditate. Merula,
Duo sunt, inquit, ornithonis genera. unū delectationis cau-
sa, ut Varro hic fecit noster sub Casino, quod amatores in-
uenit multos. alterum fructus causa, quo genere macella-
rij, & in urbe quidam habent loca clausa, & rure maxi-
me conducta in Sabiniis, quod ibi propter agri naturam
frequentes apparent turdi. Ex his tertij generis uoluit esse
Lucullus coniunctum aviarium, quod fecit in Tusculano,
ut in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium habe-
ret, ubi delicate cœnitaret, & alios uideret in mañonomo
positos coctos, alios uolitare circu fenestras captos. Quod
inutile inuenerunt. Nam non tantū in eo oculos delectant
intra fenestras aues uolitantes, quantum offendit, quod
alienus odor opplet nares.

C A P. V.

Sed quod te malle arbitror Axi, dicam de hoc ornitho-
ne, quod fructus causa faciunt, unde non ubi sumuntur
pingues turdi. Igitur testudo (ut peristylum tectum tegu-
lis, aut rete) fit magna, in qua millia aliquot turdorum, ac
merularum includere possint. Quidam cum eo adiiciunt
præterea aues alias quoque, quæ pingues ueneunt care, ut
millariæ, ac coturnices. In hoc tectum aquam uenire o-
portet per fistulā, & eam potius per canales angustas ser-
pere, quæ facile extergeri possint. Si enim late ibi diffusa
aqua, & inquinatur facilis, & bibitur inutilius, & ex
eis caduca, quæ abudat, per fistulā exire, ne luto aues labo-
rent. Ostium habere humile, & angustum, & potissimum
eius generis, quod cochleam appellant, ut solet esse in ca-
ueda, in qua tauri pugnare solet. Fenestras raras, per quas
non uideantur extrinsecus arbores, aut aues, quod earum
aspectus ac desideriū macrescere facit uolucres inclusas.
Tantū luminis habere oportet, ut aues uidere possint, ubi

assidant, ubi cibus, ubi aqua sit. Tectorio tacta esse leuis
 circu ostia, ac fenestras, ne aqua intrare, mus, aliudque quæ
 bestia possit. Circu huius ædificij parietes intrinsecus mul-
 tos esse palos, ubi aues assidere possint. Præterea è perti-
 cis inclinatis ex humo ad parietem, & in eis transuersis
 gradatim modicis interuallis perticis annexis ad specie cæ
 cellorum sceniorum, ac theatri. Deorsum in terram esse
 aquam, quam bibere possint. Cibatu offas positas, eæ ma-
 xime glomerantur ex ficas, & farre mixto. Diebus uigin-
 ti antequam tollere mult turdos, largius dat cibum, quod
 plus ponit, & farre subtiliore incipit alere. In hoc tecto, ca
 ueaque tabulata habeant aliquot ad perticæ supplemen-
 tum. Contra hoc aviariū est aliud minus, in quo quæ mor-
 tuæ ibi sunt aues, ut domino numerum reddat, curator ser-
 uare solet. Cū opus sunt ex hoc aviario, ut sumantur ido-
 neæ, excluduntur in minusculū aviarium, quod est coniunctum.
 Etum cum maiore ostio, lumine illustriore, quod seclusoriū
 appellant. Ibi cum eum numerum habet exclusum, quem
 sumere mult, omnes occidit. Hoc ideo in secluso claram, ne
 reliqui, si uideant, despodeant animum, atque alieno tem-
 pore uenditoris moriantur. Nō ut aduenæ uolucres pullos
 faciunt, in agro ciœniæ, in tecto hirudines, sic aut hinc, aut
 illic turdi, qui cū sunt nomine mares, re uera fœminæ quo-
 que sunt: neque id non secutum ut esset in merulis, quæ no-
 mine fœminino mares quoque sint. Præterea uolucres
 cum partim aduenæ sint, ut hirundines, & grues: partim
 uernaculæ, ut gallinæ, ac columbæ: de illo genere sunt tur-
 di aduentio, ac quotannis in Italiam trans mare aduo-
 lant circiter æquinoctium autumnale, & eodem reuolant
 ad æquinoctium uerum. Et alio tempore turtures, ac co-
 turnices immanni numero. hoc ita fieri apparet in insulis.

N.iij.

M. V A R R O N I S

propinquis Pontijs, Palmariæ, Pandatariae. Ibienim in pri-
ma uolatura cum ueniunt, morantur dies paucos requie-
scendi causa. Idemque faciunt cum ex Italia trans mare
remenant. Appius Axio, si quinque millia huc conieceris,
inquit, erit epulum ac triphas, sexaginta millia quæ-
uis statim in fœnus des licabit. Tum mihi, Tu dic illud
alterum genus ornithonis, qui animi causa constitutus à
te sub Casino fertur, in quo dicaris longe uicisse non mo-
do archetypum inuentoris nostri ὄρνιθοτρόφων M. Lænij
Strabonis, qui Brundisij hospes noster primus in peristy-
lo habuit exhedra conclusas aues, quas paseret obiecto
rete, sed etiā in Thusculano magno ædificio Luculli. Cui
ego, Cum habeam sub oppido Casino flumen, quod per ul-
lam fluat liquidū & altum, marginibus lapideis, latum
pedes L V I I, & ē illa in illā pontibus transeatur, lon-
gum P. D C C C C L, directum ab insula ad Museū, quæ
est à Vinio fluvio, ubi confluit altera amnis ad sumnum
flumē, ubi est Museum. Circum huius ripas ambulatio sub
dio, pedes lata denos. Ab hac ambulatione in agrum uer-
sus, ornithonis locus ex duabus partibus dextra & sini-
stra macerij altis conclusus. Inter quas locis, qui est orni-
thonis, patet in latitudinem P. X L V I I I, deformatus ad
tabulæ literariæ speciē cum capitulo forma, quæ est qua-
drata. patet in longitudinem P. L X X I I, qua ad capitulū
rotundus est P. X X V I I. Ad hæc, ita ut in margine quasi
infimo tabulæ descripta sit ambulatio, ab ornithone plus
mula, in qua media sunt caueæ, qua iter in area est. In li-
mine in lateribus dextra & sinistra porticus sunt primo-
ribus colūnis lapideis intermedijs arbusculis humilibus
ordinatæ, cum à summa macerie ad epistylium tecta porti-
cus sit rete cānabina: & ab epistyllo ad stylobatē hæ sunt

auibus omne genus oppletæ, quibus cibus ministratur per retem, et aqua riuulo tenui affluit. Secundū stylobatis interiorē partē dextra et sinistra ad summam areā quadratam è medio diuersæ duæ non latæ, sed oblongæ sunt piscinæ ad porticus uersus. Inter eas piscinas tantummodo accessus semita in tholū, qui est ultra rotundus columnatus, ut est in æde Catuli, si pro parietibus feceris columnas. Extra eas columnas est silua manu sata, gradibus arboribus tecta, ut infima perlucet, tota septa macerijs altis. Intra tholi columnas exteriores lapideas, et totidem interiores ex abiete tenues locus est P. V latus. Inter columnas exteriores pro pariete reticuli è neruis sunt, ut perspici in silua possit, et quæ ibi sunt, neque auis ead transire. Intra interiores columnas pro pariete rete aviariū est obiectum. Inter has, et exteriores gradatim substructum ut brevipi'siov auium: mutuli crebri omnibus columnis impositi, sedilia aviū. Intra retē aves sunt omne genus, maxime cantricæ, ut lusciniolæ, ac merulæ, quibus aqua ministratur per canaliculam, cibus obijcitur sub retē. Subter columnarū stylobatem est lapis à falere pedē, et dodrantem alta: ipsum falere ad duo pedes altum, à stagno latum ad quinque, ut in culcitas, et columellas coniuæ pedibus circumire possint. Infimo intra falere est stagnum cum margine pedali, et insula in medio parua. Circum falere, et naualia sunt excavata anatum stabula. In insula est columella, in qua intus axis qui pro mensa sustinet rotam radiatam, ita ut ad extremum ubi orbile solet esse acutum, tabula cauata sit, ut tympanum in latitudinem duo pedes et semipedem, in altitudinem palmum. Hæc ab uno puero, qui ministrat ita uertitur, ut omnia una ponantur, et ad bibendum, et ad edendum, et admoueantur ad

N. iij.

M. V A R R O N I S

omnes conuiuas. Ex suggesto faleris ubi solent esse περιπτέτασματα, prodeunt anates in stagnum, ac nant, è quo ri-
uus peruenit in duas, quas dixi, piscinas, ac pisiculi ul-
tro ac citro cōmeant, cum ē aqua calida, ē frigida ex
orbi ligneo, mensāque, quam dixi, in primis radijs esse epi-
tonijs uersis ad unumquenq; factū, sic ut fluat in conuiuā.
Intrinsicus sub tholo stella lucifer interdiu, noctu hespe-
rus, ita circumeunt ad infimum hemisperiū, ac mouentur,
ut indicēnt quot sint horæ. In eodem hemisperio medio
circum cardinem est orbis uentorū octo, ut Athenis in ho-
rologo, quod fecit Cypristes. Ibique eminens radius à car-
dine ad orbem ita mouetur, ut eū tangat uentum, qui flet,
ut intus scire possis. Cum hæc loqueremur, clamor fit in
campo. Nos athletæ cōmitiorū undā cum id fieri nō mira-
remur propter studia suffragatorum, ē tamen scire uelle-
mus quid esset, uenit ad nos Pātulæius Parra. Narrat ad
tabulam, cum diriberent, quendā deprehensum tesserulas
conijcientem in loculum, eum ad consulem tractum à fau-
toribus competitorum. Pauo surgit, quòd eius candidati
custos dicebatur deprehensus.

C A P. VI.

Axius, De Pauone, inquit, libere licet dicās, quoniā di-
scēssit Fircellius, qui secus siquid diceret de ijs gentilitatis
causa, fortasse ante eum duceret serram. Cui Merula, De
pauonibus nostra memoria inquit, greges haberi cœpti,
ē uenire magno. Ex ijs M. Aufidius Lurco supra sexage-
na millia nummum in anno dicitur capere. Ii aliquanto pau-
ciores esse debent mares, quām fœminæ, si ad fructum
spectis. si ad delectationem, contrā: formosior enim mas.
Pauonum greges agrestes transmarini esse dicuntur in
insulis Sami in luxo Iunonis. Item in Planasia insula M.
Pisonis. Hi ad greges constituendos parantur bona ætate,

et bona forma. Huic enim natura formæ è uolucribus de-
dit palmam. Ad admissuram hæ minores bimæ non ido-
neæ, nec iam maiores natu. Pasuntur omne genus obiecto
frumento, maxime ordeo. Itaque Seius ijs dat in menses sin-
gulos, ordei singulos modios, ita ut in fœtura det uberius,
et ante quām salire incipient. Is à procuratore ternos
pullos exigit, eosque, cum creuerunt, quinquagenis dena-
rijs uendit, ut nulla ouis hunc assequatur fructum. Præ-
terea oua emit, ac supponit gallinis, ex quibus ex ijs ex-
cusos pullos refert in testabilem eam, in qua pauones ha-
bet, quod tectum pro multitudine pauorum fieri debet, et
habere cubilia discreta, tectorio lenata, quò neque serpens,
neque bestia accedere ulla possit. Præterea habere locum
ante se, quò pastum exeat diebus apricis. Vtrūque locum
purum esse uolūt hæ uolucres. Itaque pastorem earū cum
batillo circumire oportet, ac sterlus tollere, ac conserua-
re quod et ad agriculturam idoneum est, et ad substratum
pullorum. Primus hos Q. Hortensius augurali ad-
ijciali cœna posuisse dicitur, quod protinus factum tam lu-
xuriosi, quām seueri boni iuri laudabant. Quem cito se-
cuti multi extulerunt eorum pretia, ita ut oua eorum de-
narijs ueneant quinis, ipsi facile quinquagenis, gressus cœn-
tenarius facile quadragena millia sextertia ut reddat, ut
quidem Albutius diebat, si in singulos ternos exigeret pul-
los, perfici sexagena posse.

C A P. VII.

Interea uenit apparitor Appij à consule, et augures
ait citari. Ille foras exit è uilla. At in uillam intro inuo-
lant columbæ, de quibus Merula Axio, si unquam περι-
στροφῶν constituiſſes, has tuas esse putares, quāuis feræ
eſſent. Duo enim genera earū in περιστροφῶν eſſe ſo-
lēt. Vnum agreste: ut alij dicunt, saxatile, quod habetur in

turribus, ac columninibus uillæ, à quo appellatæ columbæ,
quæ propter timorem naturalem summa loca in tectis ca-
ptant. Quo fit, ut agrestes maxime sequantur turre, in
quas ex agro euolāt suapte sponte, ac remeant. Alterum
genus illud columbarum est clementius, quod cibo dome-
stico contentum intra limina ianuæ solet pasci. Hoc genus
maxime est colore albo. Illud alterum agreste sine albo,
uario. Ex his duabus stirpibus fit miscellum tertium ge-
nus fructus causa, atque incedūt in locum unum, quod alijs
uocant περιστεῶν, alijs περιστροφῶν, in quo uno sæ-
pe, uel quinque millia sunt inclusæ. περιστεῶν fit, ut testu-
do magna camera tectus, uno ostio angusto, fenestræ puni-
canis, aut latioribus, reticulatis utrinque, ut locus omnis
sit illustris, néue quæ serpens, aliudue quid animal malefi-
cum introire queat. Intrinsecus quâlæuissimo marmorato
toti parietes, ac cameræ oblinuntur, et extrinsecus, circum
fenestras, ne mus, aut lacerta, qua adrepere ad colum-
baria possit. Nihil enim timidius columba. Singulis pari-
bus columbaria fiunt rotunda in ordinem crebra. Ordini-
nes quâplurimi esse possunt à terra usque ad cameram.
Colubaria singula esse oportet, ut os habeat, quo introire
et exire possit. Intus tenuorum palmarū ex omnibus par-
tibus sub ordines singulos tabulæ fictæ, ut sint bipalmes,
quo utantur uestibulo, ac prodeant. Aquam esse oportet,
quo influat, unde et bibere, et ubi lauari possint. per-
mundæ enim sunt hæ uolucres. Itaque pastorem colum-
barium quotquot mensibus crebro oportet euertere. Est
enim quod eum inquinat locum appositum ad agricul-
turam, ita ut hoc optimum esse scripserint aliquot, siue
quæ columba quid offenderit, ut medeatur: si qua perie-
rit, ut efferatur. Si qui pulli idonei sunt ad uendendum,

format. Item quæ fœtæ sunt, in certum locum ut disclusum ab alijs rete habeant, quo transferantur, è quo foras euocare possint matræsque. Quod faciunt duabus de causis: Vna si fastidiunt aut inclusæ consenscant, quo libero aere cum exierint in agros, redintegrantur: Altera de causa propter illicium. ipsæ enim propter pullos, quos habent, utique redeunt, nisi à corvo occisiæ, aut ab accipitre intercepitæ. Quos columbarij interficere solent, duabus uirgis uiscatis defixis in terram, inter se curuatis, cum inter eas posuerint obligatum animal, quod item petere soleant accipitres, qui ita decipiuntur, cum se obleuerūt usco. Columbas redire solere ad locum licet animaduertere, quod multi in theatro è sinu missas faciunt, atque ad locum redeunt: quæ nisi reuertarentur, non emitterentur. Cibus apponitur circu parietes in canalibus, quas extrinsecus per fistulas supplent. Delectantur milio, triticæ, ordeo, piso, fascolis, eruo. Item feras has in turribus, ac summis uillis, qui habent agrestes columbas, quoad possunt immittendum in περιπόνων æstate bona. parandum neque pullos, neque uetulas, totidem mares quot fœminas. Nihil columbis fœcundius. Itaque diebus quadragenis concipit, et parit, et incubat, et educat, et hoc ferè totum annum faciunt. Tantummodo internallū faciunt à bruma ad æquinoctium uernum. Pulli nascuntur bini, qui simulac creuerunt, et habent robur, cum matribus pariunt. Qui solent saginare pullos columbinos, quo pluris uendant, secludunt eos, cum iam pluma sunt tecti. Deinde māducato candido farciunt pane hieme hoc bis, æstate ter, mane, meridiæ, uesperi, hieme demunt cibum medium. Qui iam pinnas incipiunt habere, relinquunt in nido illis cruribus, et matribus, uberiori ut cibo uti possint, obiiciunt. Eo enim

M. V A R R O N I S

totum diem sc̄e, et pullos pascunt. Qui ita educantur, aelerius pinguiores sunt quam alij, et candidiores. parentes eorum Romæ, si sunt formosi, bono colore, integri, boni seminis, paria singula uulgo ueneunt duœnis numis, necnon eximia singulis millibus nummum, quas nuper cum mercator tanti emere uellet à L. Axio equite Ro. minoris quadringentis denarijs daturum negauit. Axius, si possem emere, inquit, περιστρῶν factum, quemadmodum in ædibus cum habere uellem, emi fictilia columbaria, iam ijssem emptum, et missem ad uillā. Quasi uero, inquit Pica, non in urbe quoque sint multi. Antibi columbaria qui in tegulis habent non uidentur habere περιστρῶας, cum aliquot supra centum nullum sextertium habeant instrumentum? è quies alicuius totum emas censeo, et ante quam ædificias rure, magnum condicias hic in urbe quotidie lucrum aſsem semissem condere in loculos.

C A P. VIII.

Tū Merula, Perge deinceps. Ille, Turturibus item, inquit, locum constituendum proinde magnum, ac multitudinem alere uelis. Eumque item, ut de colubis dictum est, ut habeat ostium, ac fenestras, et aquam puram, ac parietes, ac camaras munitas tectorio. Sed pro columbarijs in pariete mutulos, aut palos in ordinem, supra quos tegiculae cannabimæ sint impositæ. Infimum ordinem oportet abesse à terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes, à summo ad camaram ad semipedem, et latum ac mutulus à pariete extare potest, in quibus dies noctesque pascuntur. Cibatui quod sit, obijciunt triticum siccum in centenos uicenos turtures ferè semodium, quotidie euerrentes eoruſtabula, à stercore ne offendatur, quod item seruatur ad agrum colendum. Ad saginandum ap-

positissimum tempus circiter messem. Etenim matres eorum tunc optimae sunt, cum pulli plurimi gignuntur, qui ad farturam meliores. Itaque eorum fructus id temporis maxime consistit.

C A P. IX.

Axijs, Ego quæ requiro sarsuræ assuræ membra de * palumbis, de gallinis dic sodes Merula, tum de reliquis, si quid idoneum fuerit, racemari licebit. Igitur sunt gallinæ quæ uocantur, generum trium, uillaticæ, et rusticæ, et africæ. Gallinæ uillaticæ sunt, quas deinceps rure habet in uillis. De his qui ὄρνιθος οὐανὸν instituere uolunt, ijdem adhibita scientia, ac cura, ut capiant magnos fructus (ut maxime factitauerunt deliaci) hæc quinque maxime animaduertant oportet. De emptione, cuiusmodi, et quam multas parent. De fœtura, quemadmodū admittant, et pariant. De ouis, quemadmodum incubent, et excudant. De pullis, quemadmodum, et à quibus educentur. Hisæ appendix adiicitur, pars quinta quemadmodum saginentur. E' queis tribus generibus proprio nomine uocantur fœminæ, quæ sunt uillaticæ gallinæ, mares galli, capi semimares, quòd sunt castrati. Gallos castrant, ut sint capi, cuncti ferro inurentes ad infima crura, usque dum rumpatur. at quod extat ulcus, oblinuit figlina creta. Qui spectat ut ὄρνιθος οὐανὸν perfectum habeat, sint licet genera ei tria paranda, maxime uillaticas gallinas: è queis in parando eligat oportet fœcundas, plerunque rubicunda pluma, nigris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta ampla. Hæ enim ad partiones sunt aptiores. Gallos salaces, qui animaduertunt si sunt lacertosæ, rubenti crista, rostro breui, pleno, acuto, oculis rauis, aut nigris, palea rubra subalbicanti, collo uario, aut aureolo, feminibus pilosis, cruribus breuibus, unguibus longis, cau-

M. V A R R O N I S

dis magnis, frequentibus pinnis. Item qui elati sunt, ac uociferant s̄epe, in certamine pertinaces, & qui animalia, quae nocent gallinis, non modo non pertimescant, sed etiam pro gallinis propugnant. Nec tamen sequendum in seminio legendō, tanagricos, ac medicos, & chalcidicos, qui sine dubio sunt pulchri, & ad præliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores. Si duæ caueæ coniunctæ magnæ constituendæ, quæ spectent ad exorientem uersus, utræque in longitudinem circiter decem pedes, latitudine dimidio minores, quam in altitudine. paulo humiliores. utraque fenestra lata tripedali, & eo pede altiores è uim inib⁹ factæ raris, ita ut lumen præbeant multum, neque per eas quicquam ire intro possit, quæ nocere solent gallinis. Inter duas ostium sit, qua gallinarius curator earum ire possit. In caueis crebræ perticæ tracieæ sint, ut omnes sustinere possint gallinas. Contra singulas perticas in pariete exculta sint cubilia earum: ante sit (ut dixi) uestibulum septum, in quo diurno tempore esse possint, atque in puluere uolutari. Præterea sit cœlla grādis, in qua curator habitat, ita ut in parietibus circum omnia plena sint cubilia gallinarum, aut exculta, aut afficta firmiter. motus enim cum incubant nocet. In cubilibus, cum parturient, acus substernendum. cum pepererūt, tollere substramen, & recens aliud subiçere, quod pulices & cætera nasci solent, quæ gallinam conquiescere non patientur, ob quā rē oua aut inæquabiliter maturescant, aut confundescant. Quæ uelis incubet, negant plus XXV opportere oua incubare, quāuis propter fœcunditatem pepererit plura. Optimum esse partum æquinoctio uerno, ad autunale. Itaque quæ ante, aut post natæ sunt, & etiam prima

eo tempore, non supponenda: et ea quæ subijcias, potius
uetulis, quam pullastris, et quæ rostra, aut ungues non ha-
beant acutos, quæ debent potius in concipiendo occupatae
esse quam in cubado. Appositissimæ ad partum sunt an-
niculæ, aut bimæ. Si oua gallinæ pauonina subijcias, cum
iam decem dies pauonina fouere cœpit, tum denique gal-
linacea subijcere, ut una excudant. Gallinaceis enim pul-
lis bis deni dies opus sunt, pauoninis ter nouenis. Eas in-
cludere oportet, ut diem et noctem incubet, præter quam
à mane et uestere, dum cibus ac potio his detur. Cur-
tor oportet circumeat diebus interpositis aliquot, ac uer-
tere oua, ut æquabiliter concalefiant. Oua plena sint, at-
que utilia, necne, animaduerti aiunt posse, si demiseris in
aquam. quod inane, natat: plenum, desidit. Qui (ut hoc in-
telligant) concutiant, errare, quod in eis uitales uenas con-
fundant. In ijs idem aiunt, cum ad lumen sustuleris, quod
perluceat, id esse ob inane. Qui hæc uolunt diutius ser-
uare, perflicant sale minuto, aut muria, tres aut quatuor
horas, eaque abluta condunt in furfures, aut acus. In sup-
ponendo oua obseruant, ut sint numero imparia. Oua,
quæ incubantur, habeantne semen pulli, curator quadri-
duo, postquam incubari cœpit, intelligere potest, si contra
lumen tenuit, et purum uniusmodi esse animaduertit, pu-
tant ejciendum, et aliud subijciendum. Excusso pullos
subducendum ex singulis nidis, et subijciendum ei quæ
habeat paucos. Ab eaque, si reliqua sint oua pauciora, tol-
lenda, et subijcienda alijs, quæ nondum excuderūt, et mi-
nus habent XX pullos. Hoc enim gregem maiorem non
faciendum. Objiciendum pullis diebus X V primis mane
subiecto puluere (ne rostris noceat terra dura) polentam
mixtam cum nasturtij semine, et aqua aliquanto ante fa-

M. V A R R O N I S

Etā intrita, ne tum denique in eorū corpore turgescat, aqua prohibendum. Quādo de clunibus cōperint habere pinnas, è capite, et è collo eorum crebro eligendi pedes. Sæpe enim propter eos consenescunt. Circum caueas eorum incendendum cornū cēruinum, ne quæ serpens accedat: quarum bestiarum ex odore solent interire. Prodigandi in solem, et in sterquilinum, ut se uolutare possint, quod ita alibiores fiunt. Neque pullos tantum, sed omne oīvīo-
Bōsuāov, cum æstate, tum utique cum tempestas sit mol-
lis, atque apricum: intendo supra rete, quod prohibeat eas extra septa euolare, et in eas inuolare extrinsecus acci-
pitrem, aut quid aliud evitantem caldorem, et frigus,
quod utrūque his aduersum. Cum iam pinnas habebunt,
consuefaciendum, ut unam aut duas sectentur gallinas. Ce-
teræ ut potius ad pariendum sint expeditæ quam in nu-
tricatu occupatæ. Incubare oportet incipere secundum no-
uam lunam, quod ferè quæ ante, pleraque non succedunt.
Diebus ferè XX exaudunt. De quibus uillaticis (quoniam
uel nimiū dictū) breuitate reliqua compensabo. Galli-
næ rusticæ sunt in urbe rarae, nec ferè mansuetæ sine ca-
ued uidentur Romæ, similes facie non his uillaticis galli-
nis nostris, sed africanis aspectu, ac facie incontaminata.
In ornatibus publicis solent poni cum psittacis, ac merulis
albis, item alijs id genus rebus inusitatis. Neq; ferè in iul-
lis oua, ac pullos faciunt, sed in siluis. Ab his gallinis dici-
tur insula Gallinaria appellata, quæ est in mari Thusco se-
cundum Italiam contra montes Ligusticos, Intemeliū, Al-
bium, Ingaunum. alijs ab his uillaticis inuectis à nautis, ibi
feris factis procreatibus. Gallinæ africanæ sunt grandes, ua-
riæ, gibberæ, quas μελεχριδας appellant Græci. Hæ no-
uissimæ in tricliniū ganearium introierunt è culina pro-

pter fastidium hominum. Veneunt propter penuriam magno. De tribus generibus, gallinæ saginantur maxime nullaticæ. Eas includunt in locum tepidum & angustum, & tenebriosum, quod motus earum, & lux pinguitudini inimica, ad hanc rem electis maximis gallinis, nec contumis, quas melicas appellant falsò, quod antiqui ut thetin thelim dicebant, sic medicam melicam vocabant. Hæ primo dicebatur, quia ex Media propter magnitudinem erat allatae, quemque ex ijs generatæ postea propter similitudinem. Amplas omnes ex ijs, euulsis ex aliis pinnis, & è causa farciunt turundis ordeacæis partim admixtis ex farina loliacea, aut semine lini ex aqua dulci. Bis die cibū dant, obseruantes ex quibusdam signis, ut prior sit concoctus, quam secundum dent. Dato cibo, quum perpurgarunt caput, nequos habeant pedes, rursus eas concludunt. Hoc faciunt usque ad dies XXV. Tunc denique pingues fiunt. Quidam ex tritico pane intrito in aquam mixto uno bono, & odorato farciunt, ita ut diebus XX pingues redant, ac teneras. Si in farciendo nimio cibo fastidiunt, remittendum in datione, pro portione: ac decem primis processit, in posterioribus, ut diminuat eadem ratione, ut uge simus dies & primus sit par. Eodem modo palumbes farciunt, ac reddunt pingues.

C A P. X.

Transi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod uos phlogæci vocatis ἀμφίβιον, quod non est ulla uilla, ac terra contentum, sed requirit piscinas, in quibus ubi anseres aluntur, nomine χυνοβοσκιῶν appellatis. Horum greges scipio Metellus, & M. Seius habent magnos aliquot. Merula, Seius inquit, ita greges comparauit anserū, ut hos quinque gradus obseruaret, quos in gallinis dixi. Hi sunt de genere, de factura, de ovis, de pullis, de sagina. Primum iube-

O.i.

M. V A R R O N I S

bat seruum in legendo obseruare, ut essent ampli, & alibi: quod plerunque pullos similes sui faciunt. Est enim alterum genus uarium, quod ferum uocatur, nec cum ijs libenter congregatur, nec aequo fit mansuetum. Anseribus admittendis tempus est aptissimum a bruma: ad pariendū & incubandū a Kal. Martij usque ad solstitiū. Saliunt fere in aqua, inungentur in flumen, aut pisam. Singulæ non plus quater in anno pariunt. Singulis ubi pariant, faciundum haras quadratas circum binos pedes, & semipedem. Eas substernendum palea. Notandum earum oua aliquo signo, quod aliena non excidunt. Ad incubandū supponunt plerunque IX aut XI. Qui hoc minus, VI I: qui hoc plus, X V. Incubat tēpestatibus dies XXX, tepidioribus XXXV. Cum exaudit, quinque diebus primis patiuntur esse cum matre. Deinde quotidie serenum cum est, producunt in prata, item pisanas, aut paludes: ijsque faciunt haras supra terrā aut subtus, in quies non includant plus uicenos pullos. Easque cellas prouident, ne habeant in solo humore, & ut molle habeant substramenè palea, aliæue qua re, nœue qua eo accedere possint mustelæ, aliæue bestiæ quæ noceant. Anseres pascent in humidis locis, ubi pabulum servunt, quod aliquem fructum ferat, seruntque his herbam, quæ uocatur seris, quod ea aqua tacta etiam cum est arida, sit uiridis. Folia eius decerpentes dant, ne si eo inegerint ubi nascitur, aut obterendo perdant, aut ipsi cruditate per-eant. uoracæ enim sunt natura. Quo temperandum ijs, qui propter cupiditatem saepe in pasando si radicem prenderunt, quam educere uelint è terra, abrumpunt collū: perimbeallum enim id, ut caput molle. Si hæc herba non est, dandum ordeum, aut frumentum aliud. Cum est tempus farraginis, dandum ut in seri dixi. Cum incubant, ordeū

ījs intritum in aqua apponendum. Pullis primum biduo polenta, aut ordeum apponitur, tribus proximis nasturtiū viride conseatum minutatim ex aqua in uas aliquod. Cum autem sunt inclusi in haras, aut speluncas, ut dixi, uictui obijciunt his polentam ordeacēam, aut farraginem, herbām uite teneram aliquam concisam. Ad saginandum eligunt pullos circiter sexquimense qui sunt natu, eos includunt in saginario, ibique polentam, et pollinem aqua mā defacta dant cibum, ita ut per dies saturent: secundum cibum large ut bibant faciunt potestatem. Sic curati circiter duobus mensibus fiunt pingues. Quotienscumque sumpserunt, locus solet purgari: quōd ipsi ament locum purum, neque ipsi illum, ubi fuerint, relinquent purum.

C A P. X I.

Qui autem uolunt greges anatium habere, ac consti-
tuere rēoarōtροφāov, primum locum, cui est facultas, elige-
re oportet palustrem, quōd eo maxime delectantur. si id
non, potissimum ibi, ubi sit naturalis aut lacus, aut sta-
gnum, aut manufacta piscina. quō gradatim descendere
possint. Septum altum esse oportet, ubi uersentur, ad pedes
X V, ut uidistis ad uillam Sei, quōd uno ostio claudatur.
circum totum parietem intrinsicus crepido lata, in qua se-
cundū parietem sint tecta cubilia, ante eas uestibulū earū
exæquatum tectorio opere testaceo. In eo perpetua canalis,
in quā et abus ponitur ijs, et immittitur aqua. sic enim
cibū capiunt. Omnes parietes tectorio lævigantur, ne fæ-
les, aliāue quæ bestia introire ad nocendū possit. idque se-
ptum totum rete grandibus maculis integratur, ne eō inuo-
lare aquila possit, néue ex ea euolare anas. Pabulū ijs da-
tur triticum, ordeū, uinacei, uix, nonnunquā etiam ex a-
qua cammari, et quædā eiusmodi aquatilia. Quæ in eo se-
cundū parietem sint tecta cubilia, ante eas uestibulū earū
exæquatum tectorio opere testaceo. In eo perpetua canalis,
in quā et abus ponitur ijs, et immittitur aqua. sic enim
cibū capiunt. Omnes parietes tectorio lævigantur, ne fæ-
les, aliāue quæ bestia introire ad nocendū possit. idque se-
ptum totum rete grandibus maculis integratur, ne eō inuo-
lare aquila possit, néue ex ea euolare anas. Pabulū ijs da-
tur triticum, ordeū, uinacei, uix, nonnunquā etiam ex a-
qua cammari, et quædā eiusmodi aquatilia. Quæ in eo se-

O. ij.

M. V A R R O N I S

pto erunt piscinæ, in eas aquam large influere oportet, ut semper reçens sit. sunt item non dissimilia alia genera, ut querquedulæ, phalarides, sic perdiæs, quæ ut Archelaus scribit, uocè maris audita, concipiunt. Quæ ut superiores, neque propter fœcunditatem, neque propter suavitatem saginantur, sed sic pascendo sunt pingues. Quod ad ullicarum pastionum primum actum pertinere sum ratus, dixi.

C A P. X I I.

Interea redit Appius, et percunctati nos ab illo, et ille à nobis, quid esset dictum, ac factum, Appius, sequitur inquit, actus secundi generis, afflictius ad villam qui sollet esse, ac nomine antiquo à parte quadam, leporarium appellatum. Nam neque solū lepores eo includuntur silua, ut olim in iugero agelli, aut duobus, sed etiā cœri, aut capreæ in iugeribus multis. Q. Fulvius Lippinus dicitur habere in Tarquinensi septa iugera X L, in quo sunt inclusa non solum ea, quæ dixi, sed etiam oves feræ, etiam hoc maius hic in statonensi, et quidam in locis alijs. In Gallia uero transalpina T. Pompeius tantum septum uenationis, ut circiter ० ० ० ० passuum locum inclusum habeat. Præterea in eodem conseruo ferè habere solent, de animalibus colearia, atque aluearia, atque etiam dolia, ubi habeant conclusos glires. Sed horum omnium custodia, incrementum, et pastio aperta, præterquam de apib. Quis enim ignorat septa è macerij, ita esse oportere in leporario, ut tectorio tacta sint, et sint altae? alterū ne fælis, aut mælis, aliudque quæ bestia introire possit: alterū ne lupus transilire. ibique esse latebras, ubi lepores interdiu delitescant in uirgultis, atq; herbis, et arbores patulis ramis, quæ aquilæ impedianc conatus. Quis item nescit, paucos si lepores, mares ut fœminas intromiserit, breui tempore

fore ut impleatur? tanta fœcunditas huius quadrupedis.
 Quatuor modo enim intromisit in leporarium, brevi so-
 let repleri. Fit enim saepe cum habent cœtulos recentes, a-
 lios ut in uentre habere reperiantur. Itaque de his Arche-
 laus scribit, annorū quot sint si quis uelit scire, inspicere o-
 portet foramina naturæ, quæ sine dubio aliis alio habet
 plura. Hos quoque nuper institutū ut saginarent pleraque,
 cum exæptos è leporario concludant in caueis, et loco
 clauso faciant pingues. Eorum ergo tria genera ferè sunt.
 Vnum Italicum hoc nostrum pedibus primis humilibus,
 posterioribus altis, superiore parte pulla, uentre albo, au-
 ribus longis: qui lepus dicitur cum prægnans sit, tamen co-
 cipere. In Gallia transalpina, et Macædonia fiunt perma-
 gni: in Hispania, et in Italia mediocres. Alterius generis
 est, quod in Gallia nascitur ad alpes, qui hoc ferè mutant,
 quod toti candidi sunt. hi raro perforunt Romā. Ter-
 tij generis est quod in Hispania nascitur, similis nostro le-
 pori ex quadam parte, sed humile, quē cuniculū appellat.
 L. AElius putabat ab eo dictum leporē à celeritudine, quod
 leuipes esset. Ego arbitror à Græco uocabulo antiquo, quod
 eum AEolis Bœotij λευπις appellabant. Cuniculi dicti ab
 eo, quod sub terra cuniculos ipsi facere soleant, ubi lateat
 in agris. Horum omnium tria genera, si possis, in leporar-
 io habere oportet, duo quidem utique te habere puto, et
 quod in Hispania annis ita fuisti multis, ut inde te cunicu-
 los persecutos credam.

C A P. X I I I.

Apros quidem posse habere in leporario, nec magno
 negotio ibi et captiuos, et cœures, qui ibi nati sint, pm-
 gues solere fieri, scis inquam Axi. Nam quem fundum in
 Tusculano emut hic Varro à M. Pupio Pisone, uidisti ad
 bucinam inflatam certo tempore a pros, et capreas conue-

O.iiij.

nire ad pabulum, cum è superiore loco è palæstra apriis effunderetur glans, capreis uicia, aut quid aliud. Ego uero, inquit ille, apud Q. Hortensium cum in agro Lauren- ti essem, ibi istuc magis τραχιῶς fieri uidi. Nam silua erat (ut dicebat) supra quinquaginta iugerum maceria septa, quod non leporarium, sed θηριότροφον appellabat. Ibierat locus exælsus, ubi triclinio posito cœnabamus. Quintus Orpheus uocari iussit, qui cum eo uenisset cum stola, et ci- thara, et cantare esset iussus, buccinam inflavit, ubi tanta circumflexit nos æruorum, aprorum, et cæterarum qua- drupedum multitudo, ut non minus formosum mihi uisum sit spectaculum, quam in circu maximi ædilium sine afri- canis bestijs cum fuunt uenationes.

C A P. X I I I .

Axius, Tuas partes (inquit) sublenauit Appius o' Me- rula noster. Quod ad uenationem pertinet, breuiter secun- dus transactus est actus. Nec de coebris, ac gliribus que- ro, quod reliquum est. neque enim magnum emolumen- tum esse potest. Non istuc tam simplex est, inquit Appius, quam tu putas o' Axi noster. nam et idoneus sub dio sumendus locus coelearijs, quem circum totum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partum, non liberos earum, sed ipsas que- ras. Aqua inquam finiendæ, ne fugitiuarius sit parædus. Locus is melior, quæ et non coquit sol, et tangit ros. Qui si naturalis non est (ut ferè non sunt in aprico loco) neque habens in opaco, ut facias, ut sunt sub rupibus ac monti- bus, quorum alluant radices lacus ac flumij, manu face- re oportet rosarium: qui fit, si eduxeris fistulam, et in eam mammillas imposueris tenues, quæ eructent aquam, ita ut in aliquem lapidem incidat, ac late dissipetur. Par- quis ipsis cibis opus est, et is sine ministratore. Et huc, dum serpit, non solum in area reperit, sed etiam si riuis non

prohibet, in parietes stantes inuenit. Denique ipse exgru-
minantes ad propalam uitam diu producunt, cum ad eam
rem pauca laureda folia interijant, et aspergant furfu-
res non multos. Itaque coquus has viuas an mortuas co-
quat, plerunque nescit. Genera cœclearum sunt plura, ut
minutæ albulae, quæ afferuntur è Reatino, et maximæ
quæ de Illyrico apportantur, et mediocres, quæ ex Afri-
ca afferuntur. Non quo non in his regionibus quibusdā lo-
cis, eæ magnitudinibus non sint dispariles, nam et ual-
de amplæ sunt. quanquam ex Africa, quæ vocantur soli-
tannæ, ita ut in eas LXXX quadrantes coniici pos-
sint, et sic in alijs regionibus eadem inter se collatæ et
minores sunt, ac maiores. Haec in fœitura pariunt innu-
merabilia. Earum semen minutum, ac testa molli, diutur-
nitate obdurescit, magnis insulis in areis factis, magnum
bolum deferunt æris. Has quoque saginare solent ita, ut
ollam cum foraminibus incrusted sapo, et farre, ubi pa-
scuntur, quæ foramina habeat, ut intrare aer possit. Vinax
enim hæc natura.

C A P. X V.

Glirarium autem dissimili ratione habetur, quod non
aqua, sed maceria locus sepitur. Tota læui lapide, aut tecto-
rio intrinsecus incrustatur, ne ex ea erepere possit. In eo ar-
busculas esse oportet, quæ ferunt glandæ. quæ, cum fructum
non ferunt, intra maceriam iacere oportet glandem et ca-
staneam unde saturifiant. Facere his canos oportet laxio-
res, ubi pullos parere possint. Aquæ esse tenuem, quod ea
non utuntur multum, et aridū locum querunt. Hi sagi-
nantur in dolijs, quæ etiam in uillis habent multi, quæ fi-
guli faciunt, multo aliter atque alia, quod in lateribus eorum
semitas faciunt, et canum, ubi cibum constituant. In hoc
doliū addunt glandem, aut nuces iuglædes, aut castanæam.

Q. iiiij.

Quibus in tenebris, cum cumulatim positum est in dolis,
sunt pingues.

C A P. X VI.

Appius igitur, Relinquitur, inquit, de passione villatica tertius aëtus de piscinis. Quid tertius, inquit Axius? An quia tu solitus es in adolescentia tua domi mulsum non bibere propter parsimoniam, nos mel negligemus? Appius, Nobis uerū dicit, inquit. Nam cum pauper cum duobus fratribus, et duabus sororibus essem relictus, quarum alteram sine dote dedi Lucullo, a quo hæreditate me cessa primum, et primus mulsum domi meæ bibere cœpi ipse, cum interea nihilo minus penè quotidie in conuiuio omnibus darem mulsum. Præterea meum erat non tuum, eas non uisse uolucres, quibus plurimum natura ingenij, atque artis tribuit: itaque eas melius me nosse quam te, ut scias, de incredibili earum auium natura audi. Merula, ut cætera fecit, īsopinās, quæ sequi melitturgi soleant, demonstrabit. Primum apes nascentur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Itaque Archelaus in epigrammate ait eas esse

Boὸς φθινομένης πεποιημένη τείνα.

Idem,

Ἵππων μὲν σφῆνες γενεὰ μόχαστρος δὲ μέλισσαι.

Hæ apes non sunt solitaria natura, ut aquilæ, sed ut homines. Quod si hoc faciunt etiam graculi, at non idem: quod hic, societas operis, et ædificiorum, quod illic non est. Hic ratio atque ars, ab his opus facere discunt, ab his ædificare, ab his cibaria condere. Tria enim harum, cibus, domus, opus, neque idem quod cibus æra, nec quod ea mel, nec quod mel domus: non in fauo sexangulis ælla? totidem, quot habet ipsa pedes (quod geometræ ἔξαρτον fieri in orbi rotundo ostendunt) ut plurimum loci includatur. Foris passuntur, intus opus faciunt: quod dulcissimum quod est, et

dīs & hominibus est acceptum: quod fauus uenit in alta-
ria, & mel ad principia conuiuij, & in secundam men-
sam administratur. Hæ ut hominum ciuitates, quod hic est
& rex, & imperium, & societas, quod sequuntur omnia
pura. Itaque nulla harum assidit in loco inquinato, aut eo
qui male oleat, neque etiam in eo qui bona olet unguenta:
itaque his unctus qui accessit, pungunt. Non ut muscæ li-
guriunt, quod nemo has uidet (ut illas) in carne, aut san-
guine, aut adipe. Ideo modo considerūt, in quo est sapor dul-
cis. Minime malefici, quod nullius opus uellicans facit de-
terius. Neque ignava, ut non, qui eius opus conetur distur-
bare, resistat. Neque tamen nescia suæ imbecillitatis, quæ
cum causa musarū esse dicātur uolucres, quod & si quan-
do disperdatæ sunt, cymbalis, & plausibus, numero redu-
cant in locum unum. Et ut his dīs Helicona, atque Olym-
pon attribuerunt homines, sic his floridos, & in multis na-
tura attribuit montes. Regem suum sequuntur quounque
it, & fessum subleuant: & si nequit uolare, suacollat, quod
eum seruare uolunt. Neque ipsæ sunt insipientes, nec non
oderūt inertes. Itaque insectantes à se eūciunt fuos, quod
hi neque adiuuant, & mel consumunt: quos uocantur
plures persequuntur, etiam paucæ. Extra ostium aluei ob-
turdant omnia, qua uenit inter fauos spiritus, quam εριθά-
νη appellant Græci. Omnes ut in exercitu uiuunt, atque
alternis dormiunt, & opus faciunt pariter, & ut colo-
nias mittunt. Hique duces cōficiunt quædam ad uocem ut
imitatione tubæ. tum id faciunt, cum inter se signa pacis,
ac belli habeant. Sed o Merula, Axius noster ne, dū hæc
audit, physicam addiscat, quod de fructu nihil dixi, nunc
cirſu lampada tibi trado. Merula, De fructu inquit, hoc
dico, quod fortasse a n̄ tibi satis sit Axi, in quo auctore ha-

beo non solum, qui aluearia sua locata habet quotannis
quinis millibus pondo mellis, sed etiam hunc Varronem
nostrum, quem audiui dicentem, duo milites se habuisse in
Hispania fratres Veianios ex agro Falisco locupletes, qui-
bus cum à patre relictā esset parua illa, & agellus non
sanè maior iugero uno, hos circum illā totam aluearium
fecisse, & hortum habuisse, ac reliquum thymo, & cythi-
so obseuisse, & apiastro, quod alijs μελί φυλλον, alijs μελιαρό-
φυλλον, quidam μέλινον appellant. Hos nunquam minus,
ut peræque duærent dena millia sextertia ex melle reci-
pere esse solitos, tum eos & uelle expectare, ut suo potius
tempore mercatorem admitterent, quam celerius alieno.

Dic igitur, inquit, ubi, & cuiusmodi me facere oporteat al-
ueariū, ut magnos capiam fructus. Ille, μελιτῶν ita fa-
cere oportet, quos alijs μελιτροφᾶς appellant, eandem rem
quidam mellaria. Primum secundum uillam, potissimum
ubi nō resonent imagines: hic enim sonus harum fugae exi-
stimator esse. Procerum esse oportet aere temperato, neque
æstate feruido, neque hieme non aprico, ut spectet potissi-
mum ad hibernos ortus, quæ prope se loca habeat ea ubi
pabulum sit frequens, & aqua pura. Si pabulum natura-
le non est, ea oportet dominū serere, quæ maxime sequun-
tur apes, ea sunt, rosa, serpyllum, apiastrum, papauer, fa-
ba, lens, pisum, ocymum, ciperum, medica, & maxime cy-
thistum, quod ualentibus utilissimum est. Etenim ab æqui-
noctio uerno florere incipit, & permanet ad alterū æqui-
noctium autumni. Sed ut hoc aptissimum ad sanitatem a-
pium, sic ad mellificium thymum. Propter hoc sicut mel
fert palmam, quod ibi thymum bonum, & frequēs est. Ita-
que quidā thymum contundunt in pila, & diluunt in a-
qua tepida: eò conspergunt omnia seminaria cōsita apium

causa. Quod ad locum pertinet, hoc genus potissimum eligendum iuxta villam: non quo non in villæ porticu quoque quidam (quo tutius essent) aluearia collocarint. Vbi sint, alijs faciunt ex uiminiibus rotundas, alijs è ligno ac corticibus, alijs ex arbore cana, alijs fistiles, alijs etiā ex ferulis quadratas longas pedes circiter ternos, latas pedem, sed ita uti cum parum sit qua compleat, eas coangustent, ne in uasto loco, & inani despondeant animum. hæc omnia uocant à mellis alimonio, aluos: quas ideo uidentur medias facere angustissimas, ut figuram imitantur earum. Vitiles fimo buculo oblinunt intus, & extra, ne asperitate absterreantur. eāsque aluos ita collocant in mutulis parietis, ut ne agitentur, néue inter se contingant. Cum in ordinem sint positæ, sic inter ualIo interposito, alterum & tertium ordinem infra faciunt, & aiunt potius hinc demī oportere, quam addi quartum. Media aluo, in qua introeant apes, faciunt foramina parua dextra, ac sinistra. Ad extrema, qua mellarij fauum eximere possunt, opercula impununt aliis. Optimæ sunt corticæ, deterrimæ fistiles, quòd & frigore hieme, & æstate calore uehementissime hic commouentur. Verno tempore, & aestivo fere ter in mēse mellarius inspicere debet fumigans leuiter eas, & à spurcijs purgare aluum, & uermiculos ejacere. Præterea ut animaduertat, ne reguli plures existant: inutiles enim sunt propter seditiones. & ut quidam dicunt, tria genera cum sint ducum in apibus, niger, ruber, uarius (ut Menecrates scribit) duo, niger, & uarius, qui ita melior, ut expediat mellario cum duo sint eadem aluo, interficere nigrum, quem scit cum altero rege esse seditionis, & corrumperem aluum, quòd fuget, aut cum multitudine fugetur. De reliquis apibus optima est parua, uaria, rotunda.

M. V A R R O N I S

Fur, qui uocatur ab alijs fucus, alter est lato uentre. Vespa,
quæ similitudinem habet apis, neque socia est operis, et no
cere solet morsu, quam a pes a se secernunt. Ex differunt
inter se, quæ feræ, et ciaures sunt. Nunc feras dico, quæ
in siluestribus locis pascitant: ciaures, quæ in cultis. Silue
stres minores sunt magnitudine, et pilosæ, sed opificæ ma
gis. In emendo emptorem uidere oportet ualeant, an sint
ægræ. Sanitatis signa, si sunt frequentes in examine, et si
nitidæ: et si opus, quod faciunt, est æquabile, ac leue. Mi
nus ualentium signa si sunt pilosæ, et horridæ, ut pulue
rulentæ, nisi opificij eas urget tempus. Tum enim pro
pter laborem asperantur, ac mæscunt. Si transferendæ
sunt alii in aliud locum, id facere diligenter oportet: et
tempora, quibus id potissimum facias, animaduertendum.
Et loca, quò transferas, idonea prouidendum. Tempora,
ut uerno potius quam hiberno, quòd hieme difficulter co
suescant, quòd sunt translatæ manere: itaque fugiunt plerū
que. si è bono loco transtuleris eò, ubi idonea pabulatio non
est, fugitiuæ fuit. Nec si ex alio in aliud in eodem loco
traiicias, negligenter faciendum. Sed si transituræ sunt
apes, ea a piastro perfricada, quòd illicum hoc illis: et fau
melliti intus ponendi, à fauibus non loge, ne cum anim
aduerterint aut inopiam escæ habuisse dicantur, aut cum
sunt apes morbidæ propter primores uernos pastus, qui
ex floribus nucis Græcae, et cornu fuit, cæliacas fieri,
atque urina pota refici. De his propolim uocant, è quo fa
ciunt ad foramen introitus protectum in aliud maxime
æstate. Quam rem etiam nomine eodem medici utūtur in
emplastris. Propter quam rem etiam carius in sacra via,
quam mel uenit. Erithacæn uocant, quo fauos extremos in
ter se conglutinant, quod est aliud melle, propoli: itaque in

hoc uim esse illiciendi. Quocirca examen ubi uolunt considerere, cum ramum, aliām uerum rem oblinunt hoc, admixto apiastro. Fauus est, quem fingunt multicauatum ē cera, cum singula cana sena latera habeant, quot singulis pedes dedit natura. Neque quae afferuntur ad quatuor res faciēdas, propolim, erithacēn, fauum, mel, ex ijsdem omnibus rebus carpere dicuntur simplex. quod ē malo punio, et asparago cibum carpant solum, ex olea arbore ceras, ē fico mel, sed non bonum. Duplex ministerium præberi, ut ē faba, apiastro, cucurbita, brassica ceras, et cibum. Nec non aliter duplex, quod fit ē malo et pirus silvestribus cibum et mel. Item aliter duplex, quod ē papauere ceras, et mel. Triplex ministeriū quoque fieri uti ex nūce Græca, et ē lapsana cibum, mel, ceras. Item ex alijs floribus ita carpere, ut alia ad singulas res sumant, alia ad plures. Nec non etiam aliud discriminē sequantur in carputra, aut eas sequatur, ut in melle, quod ex alia re faciunt liquidum mel, ut ex sisere flore: ex alia contrā, spissum, ut ē rōre marino. Sic ex alia re, ut ē fico mel insuave, ē cythiso bonum, ē thymo optimum. Cibi pars, quod potio, et ea ijs aqua liquida, unde bibant esse oportet. eamque propinquam, quae præterfluat, aut in aliquem locum influat, ita ut ne altitudine ascendat duo, aut tres digitos: in qua aqua iaceant testae, aut lapilli, ita ut extent paulum, ubi assidere, et bibere possint. In qua diligenter habenda cura, ut aqua sit pura, quod ad mellificium bonum uehementer prodest. Quod non omnis tempestas ad pastum prodire longius patitur, præparandus his cibus, ne tum melle cogantur solo uiuere, aut relinquare exinanitas alios. Igitur fiorum pinguium circiter decem podo decoquunt in aquæ congijs sex, quas coctas in offas profè ap-

M. V A R R O N I S

ponunt . Alij aquam mulsam in uasculis propè ut sit cū-
rant. In quæ addunt lanam purpuream , per quam su-
gant : uno tempore ne potu nimium impleantur , aut ne
incident in aquam. Singula uasa ponunt ad aluos singu-
las, et hac supplantur. Alij unam passam, et sicum, cum
pincerunt, affundunt sapam, atque ex eo factas offas ap-
ponunt ibi , quum foras hieme in pabulum procedere ta-
men possint . Cum examen exiturum est , quod fieri so-
let, cum adnatæ prospere sunt multæ , ac progeniem ue-
teres emittere uolunt in coloniam , ut olim crebro Sabini
facilitauerūt propter multitudinem liberorum , huius quòd
duo solent præire signa, scitur. Vnum, quòd superioribus
diebus maxime uespertinis multæ ante foramen (ut muæ)
aliæ ex alijs pendent conglobatæ . Alterum , quòd cum
iam euolaturæ sunt, aut etiam inciperunt, consonant ue-
hementer, proinde ut milites faciunt, cum castra mouent.
quæ primo tum exierunt in conspectu uolitantes , reliquas
quæ nondum congregatæ sunt respectantes , dum conue-
niant. Cum à mellario id fecisse sunt animaduersæ , ia-
ciundo in eas puluerem , et circumtinniendo ære , per-
territas quo' uoluerit perducet. Non longe inde oblinunt.
erithacæ, atque a piastro , cæterisque rebus , quibus dele-
ctantur . Vbi considerunt, afferunt aluum propè eisdem
illicijs illitam intus, et propè apposita, fumo leni circum-
eundo cogunt eas intrare : ut quæ in nouam coloniam
cum introierunt, permanent adeo libeter, ut etiam si pro-
ximam posueris illam aluum, unde exierunt , tamen nouo
domicilio potius sint contentæ. Quod ad pastiones perti-
nere sum ratus , quoniam dixi nunc iam cuius causa ad-
hibetur ea cura, de fructu dicam. Eximendorum fauorum
signum sumunt ex ipsis, cum plenas aluos habent, et cum

illos geminauerint, ex apibus coniecturam capiunt si intus faciunt bombum, & cum introeunt, ac foras trepidant, & si opercula alii cum remota sint, fauorum foramina obducta uidentur mellis membranis. Cum sint repleti melle, in eximendo quidam dicunt oportere nouem partes tollere, decimam relinquere. Quod si omne eximas, fore ut discedant. Alij hoc plus relinquent, quam dixi, ut in aratis qui faciunt restibiles segetes, plus tollunt frumenti ex internallis: sic in aliis, si non quotannis eximas, aut non quoque multum, & magis his assiduas habeas apes, & magis fructuosas. Eximendorum fauorum primum putant esse tempus uergiliarum exortu. Secundum aestate acta, ante quam totus exoriatur arcturus. Tertium post uergiliarum occasum, & ita si fœcūda sit aliis, ut ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquū hiemationi relinquatur. si uero aliis non fit fertilis ubi quid eximatur, exceptio cum est maior, neque uniuersam, neque palam facere oportet, ne deficiant animum. Faui qui eximuntur, si qua pars nihil habet, aut habet inquinatum, cultello præsecatur. Prudendum ne infirmiores à ualentioribus opprimantur. eo enim minuitur fructus. Itaque imbecilliores secretas subiiciunt sub alterum regem. Quæ crebrius inter se pugnabunt, aspergi eas oportet aqua mulsa. Quo facto non modo desistunt pugna, sed etiā conserciunt se lingentes. eo magis si mulso sunt aspersæ, quo propter odorem audius applicant se, atque obstupescant potantes. Si ex alio minus frequentes euadunt, ac subsedit aliqua pars, suffumigandum, & prope apponendum bene olentium herbarū, maxime apiastrum & thymum. Prudendum uehementer ne propter aestum, aut propter frigus dispereant. si quando subito imbri in pastu sunt oppressæ, aut frigore,

M. V A R R O N I S

subito ante quām ipsæ prouiderint id fore (quod accidit rā
ro, ut decipientur) & imbris guttis uberibus offendæ iacet
prostratæ, & afflictæ, colligendum eas in uas aliquod, &
reponendum in tecto loco, ac tepido, promum è die, quām
maxime tempestate bona, & cinere facto è fculneis lignis
* infriandum paulo plus caldo quām tepidiore. Deinde con-
cutiendum leuiter, ut manu non tangas, & ponendæ in so-
le. Quæ enim sic concaluerunt, restituunt se, ac reuiuisant,
ut solet similiter fieri in muscis aqua necatis. Hoc faciun-
dum secundum aluos, ut reconciliatæ ad suum quæque
opus, & domicilium redeant. C A P. X V I I.

Interea redit ad nos Pauo, Et si multis, inquit, ancho-
ras tollere, latis tabulis sortitio fit tribuum, ac cœpti sunt
à præcone renuntiari quem quæque tribus fecerint ædile.

Appius confessim surgit, ut ibidem candidato suo gratu-
laretur, ac discederet in hortos. Merula, Tertium aëtum
de passionibus uillaticis postea, inquit, tibi reddam Axi.
Consurgentibus illis, Axius mihi, respectantibus nobis, quòd
& candidatum nostrum uenturum sciebamus, Non labo-
ro, inquit, hoc loco discessisse Merulam. Reliqua enim ferè
mihi sunt nota. Quòd cum piscinarum genera sint duo,
dulcium, & salinarum, alterum apud plebem, & sine fru-
etu, ubi lymphæ aquam piscinis nostris uillaticis mini-
strant. Illæ autem maritimæ piscinæ nobilium quibus Ne-
ptunus, ut aquam, sic & pisces ministrat, magis ad oculos
pertinet, quām ad uescicam, & potius marsupium domini
exinanient, quām implent. Primum enim ædificantur ma-
gno, secundo implentur magno, tertio aluntur magno. Hir-
rius circum piscinas suas, ex ædificijs duodena millia sex-
teria capiebat. Eam omnem mercædem escis, quas dabat
piscibus, consumebat. Non mirum. uno tempore enim me-

mini hunc Cæsari duo milia murænarum mutua dedisse
in pondus, et propter piscium multitudinem quadragies
sextætio ullam uenisse. Quare nostra piscina ac mediter-
ranea plebeia recte dicitur dulcis, et illa amara. Quis e-
nim nostrū non una contentus est hac piscina? Quis con-
tra maritimas non ex piscinis singulis plures coniunctas
habet? Plurisnam ut Pausias, et cæteri pictores eiusdem
generis, loculatas magnas habent arculas, ubi discolores
sunt æræ, sic hi loculatas habent piscinas, ubi disparates di-
sclosos habeant pisces, quos proinde ut sacri sint, ac san-
ctiores quam illi in Lydia, quos sacrificanti tibi Varro ad
tibicinem Græcum gregatim uenisse dicebis ad extremum
litus, atque aram, quod eos capere auderet nemo, cum eo-
dem tempore insulas Ludinorum ibi corrosas uidisses. Sic
hos pisces nemo oculis in ius uocare audet. Q. Hortensius
familiaris noster cum piscinas haberet magna pecunia æ-
dificatas ad Baulos, ita saepe cum eo ad ullam fui, ut il-
lum sciam semper in cœnam pisces Puteolos mittere em-
ptum solitum. Neque satis erat eum non pasci piscinis, ni-
si eos ipse pasceret ultro. Ac maiorem curam sibi haberet,
ne eius esuriret nulli, quam ego habeo, ne mei in Rosea e-
suriant asini. Et quidem utraque re, et cibo, et potionem,
cum non paulo sumptuosius, quam ego his ministraret ui-
tum. Ego enim uno seruulo, ordeo non multo, aqua dome-
stica, meos multinimos alo asinos. Hortensius primum qui
ministrarent piscatores habebat complures, et iij pisciculos
minutos aggerebant frequenter, ut à maioribus absume-
rentur. Præterea falsamenta in eas piscinas emptitia con-
iiciebat, cum mare turbaretur, ut per tempestatem suis pi-
scibus è macello cetariorum uti è mari obsonium præbe-
ret, cum neque euerriculo illi in litus educere possent inuá-
saginam plebeiæ cœnæ pisces. Celerius uoluntate Horien-

P.i.

si ex equili educeres rhedarias , ut tibi haberetis mulas,
 quam è piscina barbatum nullū. At, inquit ille, non mi-
 nor cura eius erat de ægrotis piscibus, quam de minus ua-
 lētibus seruis. Itaq; minus laborabat, ne seruus æger, quam
 aquam frigidam biberent sui pisces . Etenim hac incuria
 laborare aiebat M. Lucullum, et piscinas eius despiciebat,
 quod æstuaria idonea non haberet, ac in residē aquam,
 et locis pestilentibus habitarent pisces eius. Contra ad Ne-
 apolim L. Lucullus, posteaquam perfodisset montem, ac ma-
 ritima flumina immisisset in piscinas quæ reciprocæ flue-
 rent , ipse Neptuno non cederet de piscatu. factum esse e-
 nim ut amatos pisces suos uideatur propter æstus eduxi-
 se in loca frigidiora, ut appuli solent pecuarij facere, quod
 propter calores in montes sabinos pecus ducunt. In Baia-
 no autem tanta ardebat cura, ut architecto permiserit , ut
 suam pecuniam consumeret, dummodo perduceret specus
 è piscinis in mare, obiectaculo quo æstus bis quotidie ab ex-
 ortata luna ad proximam nouā introire, ac redire rursus in
 mare posset, ac refrigerare piscinas. Nos hæc. At strepi-
 tus à dextra, et ecum recta candidatus noster designatus
 ædilis. Cui nos occurrimus, et gratulati in capitolii profe-
 quimur. ille inde eundo suam domum, nos nostram. Opi-
 nionis nostræ sermonem de passione uillatica summatim
 hunc, quem exposui, habeto.

INDEX IN CATONEM ET VARRONEM.

A ccipitres quomodo	Æditimus, Ædituus	45 b
A intercipiantur 102 a	Ægæum mare	75 a
A cus quid	Aer septentrionalis salu-	
A cratophoron vinū	brior	46 a
A ctus quadratus quid	Æschrion	45 b
A doreum	Æstas quot dierum	62 a
Æ dilis	& quando,& in quo si-	

gno incipiat	61 b	Anates	106 a
Ager ne sit sumptuosus	8 a	Anaxipolis Thasius	45 a
Ager nebulosus	10 a	Androton	45 b
Ager quibus locis cōserēdus, & qui ager frugib' aptus	10 a	Anni diuisio	61 b
Ager oleto conserendo	10 b	Anni tempora ex foliis	67 b
Ager quomodo colatur	23 b	Anserū sagina, haræ genera, admissura, part ⁹ , pastus, edū catio, plumarū vulsura, incu batio, foetura	105 b
Ager Gallicus	46 b	Antigonus Cymæus	45 a
Ager optimus qui	50 b	Apes imbre prostratæ quo modo currentur	112 a
Agathocles Chius	45 a	De apibus	108 b
Agricola 7 b. in proœmio		Apiastrum	109 b
Agri discrimina nouem	51 b	Apiciæ vuæ	16 a
Agri quibus rebus colātur	57 a	Apollodorus Lemnius	45 a
& de familia rusticali	57 b	Apollonius Pergamenus	45 a
Agriculturæ partes	49 b	Apri	107 a
Agriculturæ principia , & fi nes	49 a	Apuliæ loca calidiora, grauio ráque	50 b
Aggeres quomodo fiant	55 b	Aqua an mixta sit vino nec ne, quō cognoscas	30 a
Agnorū educatio, & cura	79 a	Aqua viua	54 a
eorum depulsio	79 b	Arare	23 b
Ahenum	11 b	Arandi tempus	63 a
Alba	83 b	Arbores quo radices capiāt	33 a
Alfiosum	80 b	Arbores, vt mulieres, ad partus certos habere dies	67 a
Alui quomodo fiant , & qua forma	110 a	Arbores maritæ	17 b
Alui crudæ remedium	32 a	Arborū tēpestiua insitio	65 a
Aluū vt deiicias & bonam fa cias 31 a. 38 b. 41 a		Arborū propagatio	33 a
Aminei satio	10 b	Arborum putatio	17 b
Amphilochus Athenien.	45 a	Archelaus	80 b
Amphora spartea, & Nasif terna	12 a	Architas Pythagoreus	45 a
Αμφίβιον	105 a	Areæ situs, & construictio	27 b
Amurcæ usus	18 b. 24 a. 28 a. 32 b. 69 a. 70 a	32 b. 68 b	
Amurca condenda	71 a		

Cōuoluul' in vinea ne fiat	28 a	Egesias Maronites	45 a
Corbes	59 b	Encytus	26 a
Corbulæ	16 a.17 a	Epigenes Rhodius	45 a
Cordum	10 a	Epiroticæ familiæ	57 b
Coronam in focū indere	35 b	Epityrum album, nigrum, & varium	31 b
Corrudæ satio	10 b.60 b	Equas è vento concipere	76 b
Cotonea mala	71 a	Equi futuri boni signa	87 b
Craffus ager	60 b	Equorum ætas quomodo co- gnoscatur	87 b
Crates	45 b	Equum non salire matrē	87 b
Creta	52 b	Equus qualis futurus fit ex pul- lo cognosci	87 a
Culina	54 b	Equorum admissura , forma, pastus	87 b
Cullea	46 b.59 b	Erithace	109 a
Cuniculus vnde	107 a	Eruum	16 b
Cupa	15 a	Euagon Thasius	45 a
Cupressi satio	17 a.21 b.37 b	Eubolus	45 b
Cupress'ad crescēdū tarda	66 b	Euphiton	45 b
Curculiones quomodo necen- tur	71 b	Euphorion	45 b
Cuspides quid	52 a	Euphranii duo, Atheniēsis v- nus, alter Amphipolites	45 a
Custodis oleæ officia	24 a	Euētus bonus, rusticorū de'	45 a
Daps profanata	22 a	Europam salubriorem ac fru- ctuosiorem Asia	46 a
Deacinata dolia	16 b	Excandefacere annonam	97 a
Debilis vt reficiatur	40 b	Extrema & prima luna	64 a
Delapidare	21 a	Fabæ satio	18 a.63 b.67 a
Delici porci	83 a	Factus quid	61 a
Delutare	32 b	Facula	19 a
Democritus physicus	45 a	Falces	60 a
Deorum supplicia	85 a	Falerna vina	71 a
Depstitus panis	25 a	Far vnde dictum	63 a.eius sa- tio
Digitalia	69 b	Farrago	53 a
Diodorus Prienneus	45 a		60 a.63 a
Dion Colophonius	45 a		
Dionysius	45 b		
Diophanes Nicensis	45 a		
διόφανης	93 b		
Dolia noua quo imbuāt	24 b		

Fauus quid	iii a.	eius eximen-		
di tempus	iii b	bus		79 b
Febris signa in pecore	77 b	Galbuli		65 a
Ficus, Ficeta	66 a	Gallicus ager		46 b
Ficorum genera	66 b	Galli & eorum castratio	103 a	
Ficoru <i>m</i> insitio	19 b. 20 a. 66 a	Gallina quot ouis, & quandiu		
Ficus quomodo & quando se-		incubet 103 b. vbi abunde de		
renda	ii a. 17 a	gallis & gallinis		
Fici propagatio	33 a	Galli tanagrici, medici, chalci-		
Fici semen naturale	66 b	dici	103 b	
Fides, seu Fidus astrum	85 b	Gallinaria insula	104 b	
Fiscellæ	23 a	Gemini in signifero circulo	75 a	
Fiscinæ	12 b	Gibberi	84 b	
Flabellum	62 b	Glabru <i>m</i> siquē facere velis	48 b	
Flagellum	62 b	Glandaria sylua	51 b	
Flora dea, Floralia	45 a	Glirarium	108 a	
Foculi	ii b	Glirium sagina	ibidem	
Fœnerator peior fure	7 b. in	Gluma quid	68 a	
proœmio		Græci authores qui de agri-		
Fœnificum	22 b	cultura scripserunt	45 a	
Fœnum quo condendū	70 a	Granarii positio	70 a	
Fœnum Græcu <i>m</i>	16 b. 18 a. 18 b	Granum quid	68 a	
Fœtura quid	76 a	Grossi	28 a	
Formicæ ne molestæ sint	32 b	Hæredium	53 b	
Frendere	83 a	Hamæ	34 a	
Frit	68 a	Haræ positio	83 a	
Frôdes quæ, & quado valét	17 a	Haræ anserum	105 b	
Fruicti genitiuus	9 a	Harundulatio	52 a	
Fruictuaria fus	83 a	Helops	86 b	
Fruictus quo reponendi	54 b	Heliotropia	67 b	
Frumentum quid	67 b	Helueoli satio	10 b	
Fucus	109 a	Helueolum vinum quomodo		
Fugitiuarius locus	107 b	fiat.	16 b	
Fulmentæ	13 a	Hercules ex hortis hesperidu <i>m</i>		
Fur	7 b	quid exportarit	75 a	
Furfures cur obiificantur ou-		Hesiodus Ascræus	45 b	
		Hiems quot dierum	62 a	

Hieron Siculus	45 a	Internodia articulorum	89 a
Hieme quæ agenda	18 b	Interputare	22 a
Hinnus qui	76 a	Interspiro	30 b
Hippenemia oua	106 b	Inuisus, pro Non visus	35 a
Hippocrates	49 b	Iππίατροι	88 b
Hircus cur Libero patri im-		Ischiacis remedia	32 a
moletur 48 a. De hircis	80 a	Italia vnde dicta	75 a. 84 a
Hirnea	26 b	ΙΤΑΛΟΙ	84 a
Hirtæ oues	93 a	Italus Herculis taurus	84 a
Hœdi trimestres summittun-		Italiæ laudes	46 a
tur	80 b	Iuga	51 b
Horda & Hordicalia	84 b	Iugum	53 b
Hordei satio 18 b. Exurit sege-		Iuga Romanica	33 b
tem	ibidem	Iugatæ vineæ	51 b
Hornotinæ nuces	14 a	Iugumenta	13 a
Horologium Cypressis	100 b	Iugatio	5 a
Hortos sub vrbe colere expedit		Iugerum	53 b
56 a		Iupiter dapalis	33 a
Hostum quid	61 a	Iupiter	44 b. 45 a
Imbrices	15 b	Ius ex ossibus	90 b
Imitatio	58 b	Labea	15 a
Immolandii initiū à suillo pe-		Labella	27 a
core sumptum	82 a	Labellum polulum	11 b
Incerniculum	12 b	Labrū doliarium, lupinarium,	
Inciles fossæ, & Incilia	38 b	aquarium, vinaticum	11 b
Incubandi tempus	104 a	Labrum culleare	38 a
Initia quæ	94 b	Lac alibile	92 b
Infundibulum	13 a	Lacones canes	90 a
Insitio	20 a	Lactis discrimina	92 b
Insomniosus quomodo cure-		Lacuna	19 a
tur	40 a	Lacus compluuius	54 b
Infragula	12 a	Lacus sub prælo	69 b
Infrata	12 a	Lana succida	93 a
Intermestrum	64 a	Larem familiarē salutare	8 a
Intermiliarium	34 a	Laserpitiatum acetum	31 a

Laterum dolor quomodo cu-		Longuriī	88 a
retur	32 a	Lora familiæ	23 a.69 b
Lauatio homini requies	82 a	Lorea quomodo fiat	16 b
Laurus delphica,syluatrica,Cy-		Lorei	9 a
prica	11 a	Lotium vt facile eat	39 a
Lecti loris subtenti	12 a	Lucum collucare	24 b
Legaria quid,& vnde	63 a	Lumbrici	32 a
Legumina vnde dicta	60 a.63 a	Luna,dea rustica	45 a
Leguli	36 a	Lunares dies	64 a
Lentis satio	18 b	Luna extrema & prima	64 a
Lentis quomodo seruetur	31 a	Lupini satio	18 a
Lepus vnde dictus	107 a	Lupus in sues	81 a
Eius genera , indicia ætatis,		Lupus piscis	98 a
fœcunditas	ibidem	Lustrare agrum	35 a
Leporarium	106 b	Lutamenta	31 b
Liber,deus	45 a	Lutare	27 b
Libum quomodo fiat	25 b	Luxatum vt sanes	39 b
Lyburniæ mulieres	92 a	Maceria quid	55 b
Licinia lex	47 a	Macellarii	98 b
Ligna vt bene ardeant , & fu-		Maceſcētes meli⁹ cōcipere	76 a
mofa ne sint	32 b	Mactus dape	33 a
Liliorum satio	63 b	Magister pecoris	91 b
Lympha,dea rustica	45 a	Mago Carthaginensis	45 b
Lingua in ouibus potissimum		Maiales	84 b.88 b
inspicienda	78 a	Malium	91 a
Lingula	14 a.15 a	Mallei	59 b
Lini satio	60 b	Mala punica	11 a.71 a
Lirare	62 a	Māmillæ pēſiles in capris	80 a
Lyra,ſydus cæleſte	85 b	Mammarum vlcera	40 b
Lysimachus	45 b	Mancipia	57 a
Lithostrotum	95 a	Mare congelatum	46 a
Loci mulierum ne viroſi fiant		Marifcæ	11 a
40 b		Maritæ arbores	17 b
Loculatæ arculæ	103 a	Mars Syluanus	29 b
Longuriæ	55 b	Matella	11 b

Mateola	20 a	Myrtisatio 9.propagatio	33 a
Materies quando tempestiuia, 64 a.17 b.19 a.		Murteum vinum	32 a
Medica	66 b.80 b	Miscellæ vites & vuæ	10 b.16 a
Mediponti	9 a	Miscella nigra	69 b
Mel diis ac hominibus gratum 109 b. plura de melle lib. 3. Varronis		Miscellum	101 b
Mellificium	109 b	Mnaseas	45 b
Mellaria	110 a	Modioli	15 a
Mellarii	110 a	Q.Modius Equiculus	87 a
Meleagrides	104 b	Morticina ouis	90 b
Meles	106 b	Muli	88 b
Melicæ gallinæ	105 a	Mulæ partus	77 b
Melimela	70 b	Mulier ad rem diuinā ne ac- cedat	26 b
Mελιττοτροφῆας	109 b	Mures ne noceant	27 b
Mελιττῶνες	109 b	Murenæ flutæ	86 b
Melitturgi	108 b	Muscæ liguriunt	109 a
Memmius Percenius	38 a	Museum	99 b
Menecrates Ephesius	45 b	Mustea mala	11 a.70 b
Menādri duo, unus Priennæ- us, alter Heracleotes	45 b	Mustacei quomodo fiant	31 b
Menesthratus	45 b	Mustum annum totum habe- re si uoles	31 b
Menstruum tempus	6 b	Mutum instrumentum	57 a
Mercator	7 b	Naues ambulare	7 b
Messis vnde dicta	68 b	Nebulosus ager	10 a
Messis tempus	33 b.63 a	Nefrendes	83 a
Miliis satio 7.quandiu duret 70 b		Nicesius Maronites	45 b
Miliarius grex	92 b	Nonarum institutio	73 a
Miliariæ aues	88 b	Nonalis	62 a
Militare sepimentum	55 b	Numina rustica	44 b
Milliarius cliuus	94 b	Oadis	45 b
Mina ouis	78 a	Obærati	57 a
Minerua	45 a	Occare quid	62 b
Minerual	97 a	Ocinum 16 b.18 a.22 b.vnde di- ctum	63 a
		Ocymum	60 b.63 a
		Offæ ex ficiis	99 a

Offringere quid	62 a	Palus	52 a
Ogyges	94 b	Palma vnde dicta 62 b. cur ad	
Olea vt citocrescat 20 b. & cur in crescendo tarda	66 b	crescendum tarda	66 b
Olea si fructum non fert	28 a	Parilema	62 b
Olea quando legēda 9 a. 24 a. 36 a. 69 b. & quando conden- da	17 a. 71 a	Panici satio	10 a
Quando promenda	72 a	Papaueris satio	19 b
Olea quo serenda 17 a. ei ⁹ abla- queatio ibidem. Insitio 19 b.		Partiones	103 a
Propagatio	33 a	Pastionum genera	96 b
Oleæ albæ conditura	31 b	Pastorum vita incētiua, agri- colarum succentiua	47 b
Oleum viridius bonum 9 a. & quomodo fiat	24 a	Pauones	101 a
Oleum Venafrum	46 b	Pauonē in cœna exposuit pri- mus Q. Horten.	101 a
Oleitas	24 b	Pecoris omnis ætas prima & extrema sterilis est	75 b
Oliuitas	71 a	Pecoris morbi	76 b
Onagri	68 b	Pecuariæ origo & dignitas	
Operarios quales esse oporteat		Pecunia	75 b
57 a		Pedicini	14 a
Oπός	93 a	Pedum medela	48 b
Orbis terrarum diuisio	46 a	Pedamenta quid	51 b
Orbile	100 a	Pedamentorum genera qua- tuor	52 a
Orcæ	55 a	Pensilia	72 a
Orbiculata mala	70 b	Περιπτέσματα	100 b
Ordeum	53 a. 67 a	Perdices voce maris auditæ có- cipiunt	106 b
Ορνιθοβοσκεῖον	104 b	Peristereon	101 b
Ορνιθοτροφεῖον	99 b	Pernæ tomacinae & taniacæ	
Ornithones	98 a	82 b	
Oues ne scabræ fiant 28 a. Am- plius de ouibus	77 b	Pernarum falsura	43 a
Ouiū vtilitas & placiditas	74 a	Persis	45 b
Oua an plena sint necne	104 a	Pertica	51 b
Pabulum	60 a. 63 a	Petasiones	82 b
Palea	103 a	Phalarides	106 b

Pilæ	14 b	Præliganeum vinum	16 a
Pilum fabarium, farrearium, seminarium	12 a	Præla temperata & superua- canea	12 b
Pini satio	17 a	Prælum vnde fieri debeat	17 b
Pyra conditiua quæ, & quomo- do seruētur	11 a.19 b.65 b.71 a	Prata irrigua quō fiant	11 a
Piscinæ nobiles	98 a	quomodo irriganda	63 a
Piscinarum duo genera	112 b	quomodo stercorentur	22 a
Pythion Rhodius	45 b	sicilienda	68 a
Pituitam vt eiicias	39 a	vnde dicta	51 b
Placenta quomodo fiat	25 b	Propagatio vitis, arboris	17 b
Platani radix	64 b	Propolis	111 a
Pleutiphanes	45 b	Proscindere quid	62 a
Plostra	23 b	Pulli arborum	22 a
Plostellum Pœnicum	69 a	Pullorum equorum cura	88 a
Plumula	99 b	Pulmentarium familiæ	23 a
Polypus vt sanetur	34 b	Pulmonis remedium	40 a
Politio quomodo danda	41 a	Pultem punicam sic facies	27 a
Pomi insitio	17 a	Purgari si quis velit	40 b
Propagatio	22 a.33 a	Quadragenarium dolium	29 a
Poma conditiua	11 a.70 b.vn- de dicta	Quadrantalia	11 b
Pomarium seminarium	21 b	Quadraria vasæ	14 a.12 b
Pomorum & pyrorum gene- ra, & quomodo condātur	11 a	Quadridentes rastri	11 b
Populi arboris satio	61 a	Quartarium	28 a
Porca quid	62 a.21 b	Quala sataria	12 b
Porca præcidanea	33 b	Quasillus	33 a
Porci hyeme nati, quales	82 b	Quiriniana mala	70 b
Porcus	83 a	Radices in arboribus quomo- do capiant	33 a
Porculatio	ibidem	Raporum satio	10 a.59 b
Porrina vbi serenda	21 b	Rapa conlecta vt serues	71 a
Porricere	62 b	Raphani satio	10 a.18 b
Prædium quod optimum	7 b	Rapitii satio	18 b.33 b
Præfaminum vinum	35 a	Rapinæ satio	10 a.18 b
Præfurnium	19 a	Restes vites	51 b
		Restibilis ager	67 a
		Ridica quid	13 b.18 b.61 b

Robigus & Robigalia	45	Segetes campestres	50 b
Romanorum nomina à peco-		Seges quid	62 a
ribus indita	75 a	Σειρός	70 b.71 b
Rosa	63 b	Sementim vbi facias	17 a
Roxæ capræ	74 b	Seminariū quomodo fiat	21 a
Rubrica	52 b	Semina vt cito crescant	21 a
Rudecta	18 a	Semina quot sint	65 a
Rudicula	28 a	Seminariorū arborū cura	65 b
Rudus	52 b	Semiuocale instrumentū	58 b
Rumis, mamma	76 b.93 a	Sepes viua	55 b
Rumia dea	93 a	Septentrio meridie salubrior,	
Rumpi	52 a	& fructuosior	46 a
Rustica vita vrbana antiquior	73 a	Septū venationis T. Pompeii	
Sacres porci	76 b.83 a	106 b	
Sal cādidus quomodo fiat	27 a	Seris herba	105 b
Salex lignis 51 b. fossicius ibid.		Serpillum	63 b
fossilis	93 a	Serta Campanica	29 b
Salaces galli	103 a	Sibyllini libri	44 b
Saliētū vbi cōserendū	11 a.18 a	Sicilimenta	10 a
Salix vbi, & quādo sceratur	10 b	Sicilire pratum	68 a
Saltus	53 b	Siliginis satio	18 b.60 b
Sata quoto quæq; die prodeāt		Silua glandaria, & cædua	8 a.
è terra	67 a.& quomodo sint		
tuenda	67 b	51 b	
Sauillum quid	26 b	Sirpeæ	11 b
Scabies ex fame	10 a	Sol	45 a
Scabilla	11 b	Sol sexcontinuis mensibus vbi	
Scalæ	12 b	non videatur	46 a
Scantiana poma	11 a.35 b.70 b	Solitanæ cocleæ	108 a
Scopæ virgeæ	38 a	Sorba	11 a.35 b.71 a.72 a
Scriblita	26 a	Spærita	26 b
Scrofa vnde	81 b	Spica quid	68 a
Scrupulum	53 b	Spicilegium	69 a
Seclusorium	99 a	Spira quomodo fiat	26 a
Segetem exurentia	24 a	Stabulare	59 b
		Stercus	10 a.17 a.18 b.64 b
		Stercus herbas creat	42 a

Stercus optimum	64 b	Terra quot modis dicatur	52 a
Sterquilinium	10 a.54 b.64 b	Tertiarium	28 a
Stipula legenda	69 a	Thebæ Boæotiaæ	94 b
Stolonis lex	46 b	Thelis olim, nunc Thetis	105 a
Stramenta vbi conduntur, sale conspergenda sunt	22 b	Οεατρίδιον	100 a
Stramentum vnde	68 b	Theophilus	45 b
Stranguriæ remedium	32 a	Theophrast⁹ peripatetic⁹	45 a
Struthea mala	11 a.33 a.71 a	Οηριοτροφεῖον	107 b
Stylobatæ	54 b.100 a	Tibia incentiuæ, & succentiua	
Subductarii funes	12 b	47 b	
Subiugia lora	34 a	Tineæ ne vestimenta tangant	
Subrumi agni	76 b.93 a	28 b.32 a	
Suculæ	12 b.15 a	Tomacinæ	82 b
Succidia	81 b.82 b	Tonsores quando in Italia pri- mum venerint	93 b
Sulcus	62 a	Tonsura ouium	93 a
Suouitaurilia	35 a.75 a	Torcularia	9 a
Superuacanea	12 b	Torcularia vasa	12 b
Surculorum transferendorum tempus	66 a	Torcularium quomodo ædifi- candum	14 a
Suum grex, pastus, stabulatio, fœtura, admissura, part⁹, fœ- cunditas, porculatio &c.	81 b	Tormina vt sistas	40 a
Tabani	85 b	Tortuum mustum	16 a
Talea oleagina vel oleaginea		Tracta	25 b
21 a.65 b		Traduces	52 a
Taniace	82 b	Trapetum	15 b.33 b.34 b
Taura quæ	84 b	Treblæ	33 b
Tauri quomodo lupos propul- sent	89 b	Tribulum	69 a
Tegeticulæ	93 a	Tricenariæ vites	46 b
Tellus dea	44 b	Trimestris satio	18 b
Tēpestatis malæ tēpore quid agendum	9 a.19 b	Tritici satio	18 a.53 a.60 a
Temporis ditissio	61 b	Triticum Appulum	46 a
		Triticum quo condatur	70 a
		Triticū quandiu duret	70 b
		Tritura granorum	69 a
		Trullæ	13 a

Trutina	13 a	Vilicus	16 b.
Tubuli	52 a	Vilici officia	9 b
Turdorum cura & sagina	99 a	Vinalia	45 a
Aduolatus reuolatusq;	99 a	Vindemiæ quæ præparanda	
Vagina quid	68 a	16 a. quomodo faciéda	69 b
Varro quoto ætatis suæ anno		Vinea quo agro ferenda	10 b.
libros de re Rust.scripserit		61 a	
44 b		Vinea uetus quomodo reno-	
Vafa vinaria	14 a	uetur 17 b. quomodo de lo-	
Vec̄tes	12 b. 14 a. 17 a	co transferatur	21 b
Vecturæ ad villam	56 b	Vinctus quid	92 b
Vegrandes	79 a	Vinum an duraturum sit nec-	
Vea	47 b	ne	29 b
Vellaturam facere	47 b	Vinum asperū vt lene fiat	30 a
Vellera vnde	93 b	Vino odorem deteriorem de-	
Vellumina	ibidem	mere	30 a
Vendacem, non emacem de-		Vinum Coum	30 a
cet esse patremfamil.	8 b	Vinum ad aluum mouendam	
Venæ sufflatæ ex cibo	40 a	31 a. ad lotium 32 a. ad Ischia	
Venus rusticorum dea	45 a	cos, & Murteum	ibidem
Veris tempore quæ fiant	19 b.	Vinum Græcum vt fiat	16 a
61 b. Quot dies habeat	61 b	Viola vbi ferenda	60 b
Verres	81 b. 84 a	Violaria	63 b
Versura foliorum	67 b	Virgarum satio	10 b
Versus quid	53 b	Virgæ murteæ	28 b
Veruactum	67 a	Vitiarium quomodo fiat	21 b
Vespa	110 b	Vites quomodo ferendæ	16 b.
Viciæ satio	16 b. 18 a.	20 b	
Vicinitas bona necessaria in		Vites castrare & propagare	
villa	9 a	18 b	
Villa ne fundum quærat, nec		Vitis insitio	20 a
fundus nullam	8 b	Vitis vnde dicta	62 b
Villa vnde	47 b	Vitium genera	62 b
Villæ positio	53 b	Viuiradices	65 a
Villa suburbana	9 a. 55 a	Vliginosus ager	60 b

Vlmi fatio	16 b	Vuæ suspendendæ	70 b
Votum pro bubus	26 b	Vulsura lanæ	94 a
Vuæ quæ & quomodo condâ- tur	11 a. 70 b	Xenophon Socratus	45 a.
Vuæ quando legendæ	63 b		

F I N I S.

E X C V D E B A T R O B . S T E P H A N V S
T Y P O G R A P H V S R E G I V S ,
P A R I S I I S . A N . M . D .
X L I I I . X V I . C A L .
A V G V S T I .